de vina que etiā est salsa et amara. Aliud
est de sudore. Aliud est de aqua colata per
cineres. In omnibus enī istis causa salzedinis
est permixtio terrestri passi a calido cū humido
aquo. Sed quādo aliquid est bene digestum
ita q̄no exprimitur subtile et humidū. sed do-
minatur supra siccum tunc est sapor dulcis.

Conibus suppositis videndū est de causa
salzedinis maris. Unde saledo maris sic
causatur. nam per calorē solis et alioꝝ astroꝝ
elevantur exhalationes terrestres. que aduste sur-
sum et in mare descendentes et permixte cum
humido faciunt salzedinē in mari. Et hoc de-
clarat pb̄s per multa signa. Primum est nā
mare versus austru est magis salsum q̄ versus
aquinonē. et hoc contingit q̄ plures exhalationes
elevantur versus austrum. et etiā pluvie genite

stante austro sepiissime descendunt propter mul-
titudinem exhalationum permixtaz cum aqua
pluvie. Aliud est signū q̄ aqua marī ē calidior
aliis aquis prop̄ter multitudinem exhalationū
adustarū que habet adhuc virtutē ignis. nam
ut dicit pb̄s quecumq; ignita fuerint habent
virtute caliditatem in iþis. et patet in calce. Aliud signū ē. nam si quis vas terrenū vndiqz
clausuz et subtile posuerit in mari aqua dulcis
igreditur. et hoc est signū q̄ terrelreates bñdi
perporos subtile non posse ingredi faciūt
salzedinē in mari. Aliud signū est q̄ aqua
maris est grossior aliis aquis. ideo manus pō-
dus sustinet ut nouerūt naute experti. et bac de
causa oūum positū in aqua salsa supernat et
non in dulci. Aliud signū est nam est quod
dam stagnū in palestria quod est ita grossum
et salsum q̄ nullus piscis in illo nasciur. et si
aliquoꝝ pūceretur in eo ut homo vel equus nō
submergeret ppter babūdātūm terrelreates
signū est nam vestimenta in mari lota efficiunt
sordida et madida ppter terrelreates. Aliud
Aliud signū est quidā locus in quo nascunt
calami quibus combustis ponuntur cineres in
squā. et deinde illud totū decoquunt et subtile
evaporatur et residuum refrigeratum est salsissi-
mo. et hoc fit in arabia. Et ita patet per illa sig-
na q̄ siccus terrestre admixtum cum humido et
adustum causat salzedinē in tali humido aq̄o.

Conclusio responsiva ad. q.

Mare rationabiliter debet esse salsū. p. quia
plurime exhalationes calide et sicce per calorē
solis elevate sursus et aduste descēscit in mare. et
illud quod ē subtile et potabile in mari continet
elevatur. et quod est grossum et terrestre decūt
manet. ergo mare est rationabiliter salsum.

Dubitatur primo an fontes

et fluuii debeant esse salsi. q̄ aliqui fon-
tes et fluuii sunt salsi sed hoc est propter naturā
terre per quā transirent. et non propter causam
propter quam mare est salsum. quia continue
renouant per aquas dulces. et etiā sūt in locis
adustis in quibus non possunt causari multe
exhalationes. Ad hoc etiā multū facit fundū
aque. Unde quedā partes terre sūt sulfuree
et alie diversimode disposite propter diversas
constellationes et influentias celestes. et aque
transirent per illas partes contrabunt diversos
sapores. Unde dicit pb̄s q̄ in cīclia est
quidā fons quo illic habitantes vntunt loco
aceti ad sua condenda cibaria. et circa lincon
est aliis fons ita acetalus q̄ fluuii quē inge-
ditur facit amaru m.

Dubitatur secundo. Unde

q̄ modo cāt
saldeo ī mari

Tri. ē ī natūrā
mare ī natūrā

ex fontibus ex fluuiis fī iñq̄ q̄z alioꝝ maria vndiq̄ hñtant sic fontibꝝ

metbaurozum.

et q̄ aliqui fontes conuertunt aliqua corpora
ter elia in iphis posita in lapides. R̄ndet
q̄ illud est resoluendum ad quādā virtutem
mīcālē existēt in tali aqua quā cōtrahit in
loco in quo genita est vel transiit. Et
bac de causa aliq̄e fontales potare inter
ficiunt potates. q̄ q̄ sunt in stomacho gnatur
plumbū vel aliquod alioꝝ metallorū ibidez.

Dubitatur tertio vnde est q̄
elique aque fontales in origine fontū causā
struas in collo. R̄ndetur q̄ hoc est ppter
magnas frigiditatis aquaz. que quidem fris
giditatis faciūt supfluitates cerebri descendere.
et faciūt strumā in collo vel in aliquo alio loco

Dubitatur quarto quare ali
que fontales aque faciūt ones potates et illis
albas et ecōuerso aliq̄e faciūt nigras albas.

Respondetur q̄ q̄ aqua est mūltū frigida
et subtilis ip̄a potata per calore naturalem mit
titur ad pelle et manet inter pelle et carnem. et
mutat pellis colorē. Et q̄ ad variationē pellis
sequit variatio pilozīsi forte per accidēs. id
albe possunt fieri nigre. et econtra.

Dubitatur quinto. que sunt
aque saniores. R̄. q̄ que flunt saniores sunt
fluentes et inter fluentes versus orientem fluentes sunt
saniores. et postea fluentes versus aquilonem.
deinde fluentes versus occidentē. Et minus sa
ne sunt que flunt versus meridiē et hoc ppter
indispositionē solis et venti qui babent purgas
re aquā. Et q̄to aque fluentes magis distant a
loco originis tāto sunt saniores. Et aque fluen
tes per terrā lutosam sunt saniores fluentibus
per loca arenosa. quia in locis arenosis cōiter
vigent virtutes minerales. Et inter aquas duc
tas artificialiter ille que ducunt ḡ cuprū vel plū
bum sunt minus sanc. et si frequenter potentur
excoriant in testina propter virtutē quā retinent
et plābo vel cupro. Et vniuersaliter loquendo
aque leniores sunt saniores graibus. et de gra
uitate viuis supra alterā experiri quis poterit
capiēdo duos pānos equalis ponderis lotos
in duabus aquis. ille pannus qui fuit lotus
in aqua grauiori efficit grauior et maioris pō
dens licet esset equalis ponderis. Et sic pat̄
responso ad q̄situ. R̄. es faciliter possunt
solui ex dictis. Sequit in textu. De spiri
tibus autem dicamus.

Queritur quinto Utrum

Ventus sit exalatio calida et sicca mota latera
liter circa terrā. Arguit q̄ nō. q̄ si sic seque
retur q̄ tēpore ventoz deberet vigere maxima

caliditas. q̄ nō est cōtra experientiā. igitur. qd̄:
2° arguit. vēti prosternūt magna edificia et
arbores magnas. quod nō esset si ventus esset
exalatio faciliter divisibilis. 3° si sic sequeret q̄
talis exalatio deberet descendere per partus par
ticulas sicut pluvia. b̄ sensui nō apparet. 4°
sic. austēr est ventus calidus et humidus et nu
biūm cōgregatiūs. boreas vero est frigidus
et sicca et serenus. ergo nō oīs ventus est exal
atio calida et sicca. Ultimo. si ventus esset
exalatio calida non videtur a quo possit moue
ri lateraliter circa terrā. ergo qd̄. In oppositi
el pb̄bs in 2° tractatu huius secundi.

Scienduz est primo. q̄ post
q̄ pb̄bs in primo tractatu tractauit de mari flu
uus et fontibus. cōsequenter in isto secundo
tractatu determinat de ventis. ostendēdo quid
sit ventus. et quid sit materia ventoz. et quid
sit causa cessationis eoz et cōmotionis eoz. sūdē
determinat etiā de positione numero ordine et
proprietatibus et noībus eoz.

Sciendum est secundo q̄ vt
ex determinatis patuit duplex ē exalatio. Que
dam est exalatio calida et humida et dicitur vā
por. et est principiū imprecisionū aqueaz. Alia
est calida et sicca et hec est duplex. quedā est in
flammabilis q̄ est principiū imprecisionū ignitaz
Alia est nō inflamabilis q̄ est principiū ven
toris. Unde talis exalatio que est principiū
ventoz strariatur vaporē que est principiū plu
wie. ideo cōiter post annos pluviōsos sunt ani
ventosi. et ita econtra. et etiā pluvia facit cessa
re ventos et econtra. quod non esset nisi puma
principia venti et pluvie essent contraria. cum
ergo materia pluvie sit vaporē humidus. oīs q̄
materia ventoz sit exalatio calida et sicca. Et
hoc etiā signū est. q̄ plurimi venti flant a sep
tentriōne et meridiē. q̄ sol habet ibi magnam
virtutē. ideo sunt ibi plures vapores q̄ in aliis
partibus. Verū est tamen q̄ q̄q̄ cū vapore
elevarūt exalatio. et vapore p̄uerso in aquam
remanet exalatio q̄ est principiū ventoz. et ita
sepe post pluviās sunt uenti vt dicitur est. Ex
dictis p̄ falsitas opinonis aliquoz dicentius
q̄ ventus nihil aliud est q̄ vere aer mot⁹. Nec
enim opinio repbatur in textu. q̄ sicut aqua
non dicitur fluuius nisi habeat certū principiū
ex quo fluat. ita aer qualitercīqz motus non
est ventus. Item pluvia facit cessare vētos.
ergo aer ē p̄cipiū pluvie. ḡ nō principiū vētorē

Scienduz est tertio q̄ vētus
sic general. nam p̄ calorem solis et alioꝝ astroſū
elevarūt exalatio calida et sicca nō inflamabilis
ex corporibz terrestribz vsq̄ ad mediā regio
nez aeris. que a frigiditate medie regiōis aeris

Sub solānn. multūn curvus eo.
die medio noctis heret & aſtrū aust.
Cirrū occasiō zephyrus fūnēqz aſtant
duenit aglo boreas & horus ab antro.

Liber secundus.

propellitur deorsum usq; ad certam distantiam. Et q; talis exalatio levius est tendit sursum. et nititur ascendere. et tñ non potest propter frigiditatem medie regionis aeris. id propter contrarietatem duorum principiorum mouentium scilicet frigiditatis medie regiois aeris et levitatis ipsius exhalationis talis exalatio mouetur naturaliter circa terram et vocatur ventus. Ex quo patet.

Conclusio responsiva ad q.

Ventus est exalatio calida et sicca lateraliter mota circa terram. et hec est distinctio venti. Deo conclusio latissimata est ex dictis.

Dubitatur primo. Circa predicta. cu pluiae faciant cessare ventos an aliquos comoueant. Videntur q; nō. q; idem nō est causa contraria. Dicit q; pluia est causa exhalationis et comotionis et cessationis motus ventorum. Quod sic p; q; si terra fuerit numis sicca fumare non poterit. sed adueniente pluia disponitur ut ex ipso possit eleuari exhalatio que est causa ventorum. et sic pluia est causa motus ventorum. Contingit etiam aliquando q; terra est abilis ad fumandum et exalandum. sed adueniente magna pluia multum frigida et humida efficitur inabilis ad fumandum et tunc faciunt plus uie cessare ventos. Et sic p; q; pluia est causa cessationis et comotionis ventorum nondum existentium quemadmodum et generationis eorum.

Dubitatur secundo. An sol sit causa comotionis et cessationis ventorum.

R. q; sic. q; sol qnq; per calorē suū excessuum terram desiccatur anq; exalare faciat sicut magnus ignis siccus lignū viride cōburit prius q; ipsum fumare permittat. Ideo etiam sole existente iuxta cancrum pauci sunt venti propter numrum calore solis. Sed sol est causa comotionis ventorum quādo mediocriter calefacit terram. quia tunctu facit eam fumare et eleuat fumos sursum. Et huic signū est. q; in vere et autūno plures sunt venti q; in aliis temporibus. propter hoc q; calor solis in vere et autūno est tēperatus. Propter hoc etiam sunt de die et cessant de nocte et econtra propter diuersam dispositionē solis in calore. Sol etiam qnq; facit cessare ventos consumendo materiā ex qua ventus fit.

Ad rationes. Ad primam q; frequenter ventus trāsit q; loca frigida a quib; trahit frigiditatē accidentalē. ideo boreas est ventus frigidissimus. q; flat sub polo artico in quo viget maxima frigiditas. Sed auster est calidus quia flat a tropico estivali sub quo vigeat caliditas. Ad secundā dicit q; materia venti faciliter mobilis est. ideo quādo motus eius preuenit divisionē aeris tunc impetu suo

sufficit eleuare arbores. et edificia fortia dissipare. et talia bīdū. Ad tertiam dicitur q; super terrā et mare sepe cadūt plures terrelirentes. sed propter paruitatē eaz̄ non sunt a sensu perceptibiles nisi forte ī radius solis. et si tales exhalationes sint aduste sunt causa salseldinis maris ut prius dicitur est. Ad aliam patet solutio ex dictis. q; dictū est quomodo exhalatio mouetur lateraliter. Sequitū in textu. De positione autem. scd.

Aueritur sexto: vtrū tantū

sunt duodecim venti. Arguit q; sunt plures q; duodecim. q; quatuor sunt vēti principales ad inuicem contraria. s; inter duos ventos contrarios dabiles sunt tres medii. unus per equidistantiam. alii duo quorum unus est propinquior vni et alter alteri. igitur admin⁹ essent sedes venti. 2° sic naute primo dividunt ventos in triginta et duos ventos. igit̄ cu; ipso habeat experientiā ventorum. sequit̄ q; venti sunt duodecim. 3° sic a qualibet parte terre potest eleuari exhalatio calida et sicca non de facili inflamabilis. sed talis exhalatio lateraliter mota est vētus: ergo tot erūt venti quot erunt partes signabiles in terra. et per p̄ns sunt plures venti q; duodecim. 4° sic. tot sunt venti quot sunt p̄fecta signabilia ī orizonte s; plura sunt p̄fecta signabilia ī orizonte q; duodecim. igit̄ sunt plures venti q; duodecim. Ad oppo⁹ arguit q; sunt pauciores. Tot sunt venti quot sunt qualitates prime et cōbinatiōes uiles eaz̄. sed solū sunt quatuor qualitates prime et quatuor cōbinatiōes uiles eaz̄. g; solū sunt quatuor vēti.

Ite omes venti dicuntur boreales vel australes. ergo tantū sunt duo venti. Ad o⁹. p̄bus in textu. Pro respōsione.

Sciendum est primo q; post

p̄bus determinauit de causis ventorum. cōsequenter determinat de numero positione contrarietate et noībus ventorum et accidētib; eoz.

Sciendū est secundo. q; ad
sciendū qualitatē et situm ventorum p̄bus facit duas suppositiones. Prima est q; orion est quidā circulus magnus ymaginat⁹ in superficie terre dividens partem celi vise a non visa.

Secunda est q; illa que plurimū distāt s; locū sint contraria secundū locū sicut que plurimū distāt secundū formā sicut cōtraria secundū formā. Et h; supposito in orizonte sic descripto ad modū circuli signes p̄uct⁹. a. qui sit occidēt equinoctialis. et ab illo puncto q; centru; oris tis protrahatur linea recta ad p̄ū cū. b. in opposita circumferēcia qui quidē p̄uctus. b. sit ouēs

mētaurozum:

equinoctialis. deinde ducatur linea alia divi-
tēs precedentem lineam ad angulos rectos.
a puncto. i. qui est in septentrione ad punctum
i. qui est in meridiā. deinde signetur in orizonte.
punctus. 3. qui sit orientis extuiale. et ex opposito
signetur pūctus. e. qui sit occidens extuiale.
similiter signetur punctus. d. qui sit orientis byemale.
etā ex opposito signetur pūctus. g. qui sit occidens
byemale. Ducantur itez̄ due linee. una ab. 3.
ad. g. et alia a. b. ad. d. dicatur igit̄ φ venti
flantes ex pūctis terminatib⁹ illas dyametros
transentes per centrum circuli orizontis sunt cō-
trarii quia maxime distant secundū locum. Sed
ad intelligentiā predictorū puncrorum.

Sciendū ē tertio φ occidēs
equinoctialis dicitur esse punctus in quo sol oc-
cidit quādo ē equinoctiū. et per oppositū est
orientis equinoctialis unde scilicet sol oriutur qñ
ē equinoctiū. et hoc cōtingit quādo sol est in
arctice et libra. Sed orientis extuiale est punctus
ymaginat⁹ in orizonte vbi sol ortus quando est in
solsticio extuiali scilicet in cancer. et occidens extuiale
est punctus in orizonte vbi tunc occidit sol.
S̄z orientis byemale est pūctus in orizonte
vbi ortus sol quādo ē solsticiū byemale. quādo
solitus sol est in capricorno. et occidens byemale ē
punctus in orizonte in quo sol occidit in eodē
ligno. Ex illis patet φ venti designati per
bas duas litteras. i. et. e. cōtrariantur. et etiam
venti designati per. a. et. b. et etiā. e. et. d. et etiā
venti. g. et. 3. et hoc clare patet in figura descrip-
ta secundū modū predictū. Sed ad vidē-
dum noīa particularia. ordinē. situū. et positi-
tionem ventorum:

Sciendum est quarto. φ A
puncto. i. signato in orizonte flat ventus qui
grece dicitur boreas sive ap̄ebias. latine vero
dicitur septentrio. quia flat a septentrione scilicet
a polo arctico. Sed ventus secundus qui
flat a puncto. 3. grece dicitur herbias latine φ
vultur⁹. quia alte tonat. Sed tertius flat
a puncto. b. grece dicit ap̄eliores. s̄z latine dicit
subsolanus. quia quādo sol est sub equinoctio
incipit flare sub sole. Sed quartus qui flat
a puncto. d. grece dicit Euris. latine vero dicit
Euronotus. Sed quintus qui flat a pūcto
g. grece dicit notus. latine vero dicit auster.
Ventus autē qui flat a puncto. g. grece vo-
catur lib⁹. latine vero africus. q̄ flat ab africa
Sextus qui flat a puncto. a. grece dicitur ze-
phirus. latine vero faunus. quia souet plā-
tas. Sed octauus qui flat a pūcto. g. grece
dicitur argētis. latine vero dicit chorus. nam
talis ventus in se trahit alios ventos et facit
eos revolvi. Sed preter istos sunt quatuor

aliū minus principales quoz vnuſ flat a pūcto
medio inter. e. et. i. qui grece dicitur Τrelias.
latine vero circinus. quia facit alios ventos
circuire. Alius flat a puncto. li. designato
inter. i. et. 3. qui dicit grece messen. et illis duo
bus ventis nulli aliū p̄prie sunt contrarii. Alius
autem flat a puncto. m. signato inter. g. et. e.
qui grece dicitur logotus. latine vero africus
auster. Alius vero flat a puncto. n. designato
inter. t. et. d. qui grece dicitur fernquias. latine
vero Eurauster. et illis duobus vētis nulli aliū
proprie contrariātū. Et sic p̄p̄ sunt duodecim
venti. Unde boreas qui flat a septentrione est
frigidus. Et subsolanus qui flat ab oriente equi-
noctiali est calidus et siccus. Sed vultur⁹ qui
flat ab oriente extuiali est humidus. Et aquilus
qui flat a puncto medio inter septentrionem
extuiali est frigidus et nebulosus. Sed vē-
tus qui flat ab oriente byemale qui dicitur Eu-
ronotus est calidus et siccus et aquilus. S̄z
ventus qui flat a meridie scilicet a polo antartico
qui dicitur auster est calidus et humidus. Vētus
autē qui flat a puncto medio inter austrum et
orientis byemale qui dicitur eurauster. quia flat
inter euruū et austrum est frigidus et humidus.
Sed faunus qui flat ab occidente equino-
ctiali est frigidus et humidus. Sed africus qui
flat ab occidente byemale dicitur humidus. S̄z
chorus qui flat ab oriente extuiali dicitur siccus
et alios vētēs resolunt. Circius vero qui flat
a puncto medio inter septentrionē et occidens
extuiale est grandinosus et frigidus. Et sic
patet de qualitatibus ventorū.

Sciendum ē quarto. φ vēti
multipliciter possunt distingui. Primo penes
puncta signabilita in circumferentia orizontis et
sic esseū quasi infiniti venti. Secundo mō
possunt distingui penes signabilia in circumfer-
entia orizontis notabiliter distincta ad inicem.
et illo modo ponuntur triginta duo venti a
nantis. Tertio modo possunt distingui penes
combinations utiles quatuor qualitatuz.
et sic essent quatuor venti. et illis tribus modis
non distinguitur ab astrologis. Quarto mō
distinguitur venti secundū processum solis et
planetarum sub zodiaco. et penes distinctionē
partū zodiaci qui sunt duodecim sub quibus
sol habet diuersas virtutes ad elevandum ma-
teriam ventorū. et hoc modo dividendo ven-
tos secundū duodecim signa zodiaci sunt tātū
duodecim venti et secundū hoc ponitur.

Conclusio responsiva ad. q.
Tantū sunt duodecim venti distinguendo eos
hoc ultimo modo. Probatur. quia ventus est
exaltatio calida et sicca elevata a terra secundū

Boreas
subsolanus
vultur⁹
Aquilus

Euronotus

Auster
Eurauster
faunus

Aferius
chorus
Circius.

Liber secundus.

Suam substaniam sed duodecim sunt principia motionia terre et alterabilia et duodecim signa zodiaci. ergo rationabile est ponere duodecim ventos. et sic p^r responsio ad quesitum.

Dubitatur primo. De accidentibus quare venti boreales communiter flat in aut^rpno post tropicū estivalem. et tamen venti australes non flat in vere post tropicū hyemalem. R. q^r causa est q^r in vere post tropicū hyemalem calor solis debilis est adeo q^r non sufficit terrā exalare. et sic non sunt vēni australes. sed post tropicū estivalem scilicet in aut^rpno calor australi innatur calore estatis precedētis adeo q^r calor talis sufficit elevare materiam vēti borealis. et tunc flat venti boreales. Utrum est tamen q^r post tropicū hyemalem bene flat aliqui venti australes parui et debiles. qui vi gorātur a minori ad maius secundū quod sol plus ascendit et accedit ad nos.

Dubitatur secundo. Utrum Venti australes flat a polo antartico nobis in manifesto sicut venti boreales a polo arctico nobis manifesto. R. n^rur q^r venti australes nō flat a polo antartico nec a tropico hyemali sed a tropico estivali. Prīmū p^r. quia sicut se habet boreas ad polū antarticū ita se habet ventus genitus sub polo antartico quo ad nos quia ubiq^r est equalis distantia. Sed boreas non flat vsq^r ad polū antarticū ymo non pot transire tropicū cancri propter nimium calorem vigente inter duos tropicos. ergo etiā ventus genitus sub polo antartico non potest per transire ad nos. quia nō possit transire regionē aeris suppositam zone celi inter duos tropicos propter excessiū calore in tali regione vigente.

Secunda pars p^r q^r in nostra terra habitabili flat auster a meridie. ideo dicitur vētus meridionalis. et sic non flat a polo antartico nec a tropico hyemali sed estivali. relinquit ergo q^r flat a tropico estivali. Et quia locus a quo flat auster est magis distans quam locus a quo flat boreas. g^r r^r

Dubitatur tertio. Utrum plures venti debeant flare a septentrione q^r a meridie. R. pbūs q^r sic. q^r locus suppositus septentrioni habitudinior est aquis multū. q^r regio supposita meridie propter numiū calorem sub meridie existentē. ideo niue sub septentrione liquefacta per calore et illa liquefacta plures elevantur exaltationes ideo plures sunt venti septentrionales q^r meridionales.

Dubitatur quarto. Utrum Venti debeant reduci ad quatuor principales

R. q^r sic. et illi quatuor sumuntur secundum quatuor principalia puncta orizontis. et distinguntur secundū quatuor cōbinationes. viles quatuor qualitatū primarii. istorum autē quatuor ventorū principalis unus dicitur subsolus qui flat ab oriente equinoctiali. qui est calidus et siccus et assimilatur igni et completiō colerice. Alius est auster qui flat a meridie et est calidus et humidus et assimilatur aeri et cōplexione sanguinee. Alius est fauoni^r qui flat ab occidente equinoctiali qui est frigidus et humidus et assimilatur cōplexione fleumaticē. Alius est borealis qui est frigidus et siccus et assimilat terre et cōplexione melancolice. Et inter ventos subsolanus est sanissimus. q^r est deparatus per calorē solis. ideo est subtilior et clarior. Deinde boreas est sanior. quia est frigidus et claudit poros et serenat aerē. S^r ex opposito auster cōmonet aerē et est cōgregans nubī. Et etiā fauoni^r cōmonet aerē. Et sunt isti duo min^r sani. Ultra dicis q^r inter qualitates primas due sunt principales. scilicet calidas et frigiditas. ideo dividendo vētos penes calidū et frigidū adhuc non erūt nisi duo vēti principales. scilicet auster et boreas. et sic oēs venti frigidi essent boreales et calidi australes.

Dubitatur quinto. Utrum Venti cōtrarii possint simul perflare. R. p^r. q^r non secundū eādem diametru. quia vētales venti mutuo se impedireb^r si eque essent fortis. vel unus esset fortior altero et sic fortior exterminaret debiliorē. Venti autē qui nō sunt cōtrarii possint simul flare. Etiam quidā sunt venti determinatis tēporibus flantes sicut lib^rs cōmuniter flat in aut^rpno et hērquias in ver.

Dubitatur sexto. Utrum ali qui venti faciunt alios cessare. R. pbūs q^r sic quia a perchias et vergetes maxime faciunt alios cessare. Ratio primi est. quia eoz in petus maxiū sunt et flat de prope. et lunt continuū et fortes. ideo faciunt alios debiliores cessare. Ratio secundi est quia cū sint magni et fortes ut dictū est propellunt nubes. Terci est tamen ut habetur in textu si essent vehementer frigidi tunc venirent coagulando nubes anteq^r eas propellerent. et causarent pluias. Inter ventos aperquias est ventus serenus. q^r in se ipsum reflecitur trabendo nubez ad se. ideo proverbialiter dicitur de auris q^r trabunt ad se pecunia sicut aperquias ad se nubem.

Dubitatur septimo. Que est causa girationis ventorū. R. pbūs q^r oīum ventorū sunt girationes quando cessant. nam quando ventus incipit cessare tunc prior pars

metraurozum.

pini cessat et alia pars sequens adhuc in se h^{ab}et metum primi mouentis. ideo illa secunda p^{ro}ad huc est mota circa primā et tercia iuxta quartā. **Dubitatur octavo vtrūz vēti** distinguantur penes calidum frigidū humidū et siccum. R^espondeat phūs q^{uod} sunt aliqui ventus quo^r sunt aliū frigidū. aliū calidi. aliū humidi. aliū siccū. aliqui sunt grandinosi. aliqui causant coruscationes. et aliū tonitrua. aliqui ventosi. aliqui pluviosi.

Dubitatur nono. In quo tempore anni debet magis flare enephie id est venti circulares. R^espondeat phūs q^{uod} in autūno. deinde in vere. Et de tiphonib^{us} enephīs et Zymphonibus particularibus videbitur in se quentibus. Ecce predictis patet quid sit materia ventorum. qualiter generantur. quid sit sit^{us} et positio eorū. patent etiā accidentia et passiones eorū. Rationes solute sunt ex antiquis. Auctoritas allegata est pro dictis.

Nomina autem ventorum latina et partes vindflant his metris contenta sunt.

Sunt subsolanus vulturius et eurus eoi. Atq^{ue} die medio noctibus beret affricus austro. Circus occasu Zephyrus q^{uod} faunius afflant. Adueniunt aquilo boreas et chorus ab arcto.

Sequitur in textu. De agitatione autem et motu terre post hec dicendum.

Queritur septimo: Utrum

Motus terre per naturam sit possibilis. Atque q^{uod} non. q^{uod} vel moueres a principio intrinseco vel extrinseco. non primū. q^{uod} tunc terra naturaliter exire suū locū propriū. nec secundū. q^{uod} nū bil videt violentare terrā. z^o sic. si motus terre esset possibilis terra moueres per exaltationem inclusam infra ipam. sed hoc non. q^{uod} talis exaltatio subtilis est. ergo q^{uod} est de subtili potest exire per poros terre. et per cōsequēs non facit motū terre. Ad oppositū est. p. in primo tractatu. buuis libri. Pro responsione.

Sciendum est primo q^{uod} post

Phūs determinavit de ventis cōsequētē de terminat de motu terre. de quo fuerūt tres opiniones antiquoz Isclz Anaxagore ponentia terrā spongiosam et infra cōcauitates eius intrare aerē. qui aer natus est ferri sustā. ideo ipē mouet terra. Sed hec opinio falsa est. quia h^{ab}et hoc non posset reddi cā quare motus terre magis sit in uno tempore q^{uod} in alio. Secunda fuit opinio Democriti ponentis aquā deplutā intrare in ventribus terre. et cū ampli recipere non possit tūc sit fractio terre per violentiā. et q^{uod} cōsequēs terre motū. Sed hec opinio repbata est satis cū agebat de fontib^{us} et mari. Tertia opinio fuit Anaximandri ponētis terrā nimis desiccata a sole et postea deplutā dissolui et descendere in partes per desiccationem et ex cōseqnēti facere terre motū. Sed hec opio falsa est. quia secundū hoc deberet apparere multiplex subuersio terre q^{uod} non appetet. Item terrenus continuae deberet fieri minores et tandem desiccare. quia partes dense cōtinue replerēt foramina terre. Dimissis his opinionib^{us} supponit phūs primo q^{uod} terra secundū naturā propriā est siccā. sed efficiatur humida per pluias. p. quas redditur apta ad fumandū. et virtute solis et aliorū astrovū quādoq^{ue} generat magna multitudine exaltationis infra ipam terrā. que quidez exaltatio. quādoq^{ue} exit per poros terre et facit in aere magnos ventos. quādoq^{ue} continet in terra et facit magnū motū terre. quādoq^{ue} autē partim manet in terra et partim exit terrā et facit paruos ventos et paruos motus terre. z^o supponit phūs q^{uod} ita corpora subtilia sicut ventus et aer sunt corpora velocissime mobilia et citissime. Ex quo p^{ro} quid sit causa motus terre. nam per virtutes solis et aliorū astrovū in visceribus terre et aliis cōcauitatibus generat multa exaltatio calida inclusa infra terram. que levius est et querens exū propter rarefactionē ne fiat penetratio dimissionū moneret cōcauitate in concavitate. et dū fiat aliquādo inter media cōcauitatū in tali motu causat motum

qd sit cā tremat

Liber secundus.

Spasmus.

terre. Et q̄ sicut motus terre declarat ph̄us per multa signa. **V**Primum signū est nam in auctū terremotus sunt tempore tranquilliori. et huius signū est q̄ exalationes q̄ sunt materia venti inclusa sunt in terra et sunt principia terremotus. **A**liud signū est q̄ plures et maiores terremotus sunt de nocte & de die q̄ illa tēpora sunt magis trāquilla. **A**liud signū est quia magni terremotus sunt in locis spōgiosis et caveriosis et iuxta mare. quia in talibus locis sunt inclusi multi sp̄us causantes motus terre. **A**liud signū est q̄ in alib⁹ spiritus moti causant tremores pulsus et spasmos. Et est spasmodus subita contractio nervorum in animali. et cōiter accidunt in alib⁹ post emissionē viue. talis enim motus causatur in animalib⁹ a spiritu inclusi in venis et nervis sicut igit̄ parvi sp̄us in corpore humano habet tantā virtutem q̄ quādoqz preualent ceteris nervis hominis vel animalis. ideo nō est mirū si multi sp̄us inclusi infra terrā possint mouere unam partē terre et preualere gravitati eius.

Aliud signū est nam ad sensum apparent magni motus terre qui non cessant donec terra ruperint et in ipsa ruptura exit magnus ventus et maxima flāma. ymo et multi cineres in tācas abundantiā & ciuitates vicinas incinerantur. et hoc est signū q̄ exalatio calida et secca infra terrā inclusa est cā motus terre. **A**liud signū est. quia in quibusdā insulis ante motus terre audiuntur multi soni mare adueniente. q̄ mare accedens includit sp̄us i angustum. qui exentes per poros angustos faciunt sonos.

Aliua signū est q̄ ante terremotū apparet aliquando parua nubecula longe projecta ad modū lineæ. et hoc est signū quia vēns absorbet a terra. quādo enī aer multū agitat per ventos causantur in eo multe & distorte nubes sed quādo est tranquillitas sue serenitas sunt nubecke longe et subules sicut est in inundationibus maris. **A**liud signū est. quia tempore eclipsis lune plures sunt terremotus. q̄ quādo luna eclipsatur deficit lumen et per accidēs deficit calor elevans exalationes terre. sed tamen manet adhuc i terra ab intra. et ita exalatio inclusa in terra mouet terram. et non sunt venti.

Ex quibus precedentibus patet.

Conclusio r̄silia. motus terre per naturam est possibilis. hec cōclusio satis patet per predicta. quia cause eius sunt possibiles. igit̄ q̄.

Dubitatur primo. De accidentibus terremotus. **R**esq̄ primū accidēs est q̄ quādoqz terre motus durat per so. dies in una regione. quādoqz per annū. quādoqz

per duos. et hoc referendū est ad multitudinem exalationis inclusa infra terrā & ad distinctionē loci et meatus per quē exit exalatio. Aliud est accidēs q̄ tēpore terre motus audiuntur soni infra terrā. et quādoqz audiuntur ante motū terre et dicitur vulgariter terra mugire. Aliud est accidēs q̄ quādoqz tempore terre motus exit magna multitudo aque que expellitur propter vehementiam motus exalationis. Aliud ē accidēs q̄ quādoqz cū motu terre factū est particularē lumen. Aliud est q̄ terre motus sit secundum parvam partem terre habitabiliū. sed venti sunt in aere secundū magnā partem et quantitatē terre. quia sol non habet tātum vigorē sub terra sicut supra terram. Ultimū accidēs est q̄ motus terre quādoqz dicitur tremor. et hoc contingit quādo exalatio mouet lateras later. quādoqz vero dicitur pulsus. q̄ ad pulsū requiruntur multa exalatio. Albertus autem ponit septē modos motus terre. qui sunt. ruina tremor. titubatio. pulsus. perforatio. subuersio. exceptio. sed isti modi reducuntur ad duos alios quos ponit ph̄us. Aliud accidēs est q̄ rato sunt terremotus in locis humidis. q̄ nimis humiditas impedit exalationes generantur.

Aliud signū est q̄ sp̄us exiens a terra in motu terre est fetidus et venenosus. eo q̄ non est digestus per lumen nec purificatus. Et per hoc R̄silio p̄ ad quesitiū.

Ad rationes ante oppositū

Ad primum dicitur q̄ terra mouet ab extrinseco in motu eius. igit̄ ab exalatione. nec ē talis motus terre secundū naturā eius proximā s̄ secundū naturā communē que est. naturalis.

Ad secundū dicitur q̄ exalatio est subtilis & multū est corporis motiū et penetratuum et dictū est alias. ideo potest causare motū. q̄.

Sequitur in textu. De combustionē autem et tonitruo.

Queritur octauo. Utrum Tonitruo sit sonus factus in nubibus & violenta percussione exalationis calide et sicce ad latera nubis. Arguitur q̄ non. quia illa que se inuicem percutiunt distant ab inuicē. sed exalatio nō distat a nube ymo est sibi coiuincta. igit̄.

2º arguitur alia diffinitio tonitruo est bona. scilicet q̄ est sonus factus in nubibus propter extinctionem ignis a nube. ergo ista superfluit.

3º si presens diffinitio esset sufficiens sequitur q̄ simul et semel possent elevari exalationes et vapores. cōsequēs est falsus. quia cōtrariantur. Ad oppositū est ph̄us in primo quarti tractatus huī libri. in quo agit de combustionē. tonitruo. enephia. incensionibus. et

metraurorum.

fulminibus. nam omnium istorum est unum principium scilicet exhalatio calida et sicca. Et in presenti questione videbitur de tonitruo et conuscatione. Pro quod?

Sciendum est primo. qd Ut sepe dictum est duplex est exhalatio. Quedam est calida et sicca. Et alia calida et humida. Et ille due exhalationes possunt simul elevari. et potest simul fieri una consistencia. id est. una natura communis distincta ab utraqz. que potest elevari ad medium regionem aeris.

Sciendum est secundo qd Tonitruum et conuscatione sic generantur. Nam quoniam talis consilientia exhalationis calide et sicca et exhalationis calida et humida elevara est usque ad medium regionem aeris. illud quod est ibi calidum et humidum. quia faciliter est congelabile inspissatur ad modum eiusdem pellicule seu tentorii. et conuertitur in nubem. et tunc exhalatio calida et sicca fortificatur per antiparistem. et petens exitum velociter mouetur et percussit ad latera nubis. et aliquando frangit nubem in aliqua sua parte. et in illa fractione inflammatur. et illa inflammatio vocatur conuscatio. et sonus factus ex tali conuscatione vocatur tonitruum.

Ex quo patet.

Conclusio prima. qd Diffinitio tonitruo de qua queratur in titulo questionis est sufficiens. Et hoc declarat physis de ligno viridi posito nigre. nam sicut se habet parvus ventus in parvo corpore. ita magna exhalatio calida et sicca in magna nube. sed in parvo corpore per exitum potest causare sonum ut in ligno viridi. Nam per calorē ignis propellitur humor ad interiorum et tandem id quod est aquosum exire per extrema ligni. illud vero quod est terrestre et sicca vnitur ad interiora. quod quidem vnitum et calefactum petit exitum et frangit lignum. in qua fractura inflammatur et facit sonum. similiter fit tonitruo et conuscatio in nube. cum enim illa exhalatio frangit nubem et sonum facit dicitur tonitruus. cum vero in exitu inflammatur dicitur conuscatio.

Conclusio secunda. Conuscatio bene diffinitur qd est inflammatio exhalationis calida et subtilis inflammat in exitu a nube aquosa. Probatur sicut precedens. Ex quibus patet. qd licet tonitruus secundus rem precedat conuscationem. quia prius est percussio nubis et fractura inflammatio materie in exitu a nube. tunc prius apparet conuscatio qd audiatur tonitruus. quia visus anticipat auditum. quia sonus venit ad auditum mediante motu locali qui non fit nisi successione et in tempore. Sed lumen instanti venit ad visum. Et ex his omnibus etiam

patet falsitas opinionis ponentis tonitruum fieri in nube ex radiis solis sicut dicit Empedocles. Alii vero ut Anaxagoras dixerunt qd ille ignis extenditur per motum superioris corporis ex corpore inferiori ad locum nubium. Ultius etiam p[ro]p[ter] falsitas opinionis dicentis conuscationem causari per reflectionem luminis alicuius astris vapore eleuato. Sed circa literas

Dubitatur primo: Unde causatur varietas sonorum tonitrui. R. qd causatur ex diversa dispositione nubis. quia quanto nubes est densior tanto requiritur maior per cussio et maior exhalatio ad hoc qd frangatur. et facit maiorem sonum quando nubes est multa concava. Unde tres sunt modi sonorum tonitrui. Primus vocatur tumultuans. et hoc contingit quando exhalatio mouet nubem non frangendo ipsam. Alius sonus dicitur stridens qui fit quando exhalatio frangit nubem et sibi obuiat aliquid frigidum. Alius sonus dicitur stridens qui fit quando exhalatio frangit nubem et sibi obuiat aliquid frigidum. Sed tunc.

Dubitatur secundo. Que tonitrua sunt magis timenda. R. qd tonitruum cuius nubes est nigra parvus est timendum qd ad incensionem. quia signum est qd exhalatio est debilis et magna abundantia vaporum. nam magna frigiditas aquosa causat nigredinem. sed tunc quia frigidum est prope. ideo aliquis ex abundantia exhalationis velociter mouetur in infima regione aeris. Sed tonitruum cuius nubes est rubra est multum timendum qd tum ad incensionem. quoniam est signum magne aquositas et frigiditatis. Similiter quando nubes est alba non est multum timendum. quia signum est debilitas exhalationis et nubis. Quoniam vero nubes est viridis multum timendum est. quia signum est qd exhalatio est fortis et frigiditas magna. ideo potest esse percussio multum violenta et inflammatio magna.

Dubitatur tertio. Quomo^ddo causatur cuneus fulminis. Dicitur qd si cut per calorē aliquid mixtū ex sicco et humido in durari potest et digeri ab eo ut ex ipso fiat lapis et aliq[ue] mixtū sicut de lateribus. ita proportionabiliter qd cōsideria exhalationis calida et sicca et etiā būnde digerit per calorē et expellit hūndū potest causari unus lapis qui vocatur cuneus fulminis. Et in pte anterori est magis acutus. qd illud quod est subtilius antecedit in genitio talis lapidis. ppter velocitatem motus. Et tunc cadit deorsum cum fulmine. Et per hoc patet solutio sine responsio ad quendam.

f.i.

Ac qm p[ro]p[ter] r[ati]o
lapis ex fulmine

lumen in instanti uenit ad oculum.

Liber Secundus.

Ad rationes ante opposituz

Ad primā dicitur q̄ licet exalatio existens in una parte nubis distat ab altera. nibilominus pars illius exaltationis existens in latere nubis percudit et facit talē sonū in percūtēdo. et maiorem in frangēdo. ergo r̄d. Ad secundam dicitur q̄ illa diffinitio est Anaxagore existētis illi⁹ opinōis. et dicentis q̄ tonitruum causatur ex illa exalatiōe. Sed illa opinio nō est vera. quia tunc tonitruū deberet audiri in serenitate aeris eo q̄ multe exalatiōes extingunt eo tūc. quare non probat. Ad tertiam dicitur q̄ non est impossibile illas duas exaltationes simul elevari sicut dictū est. sicut etiā permiscent siccā et busīmidū i terra. et hec de questione. Sequitū in tez̄m.

Queritur nono. Utrum.

Typhones et enephias incensiones et fulmina sunt eiusdem speciei. Arguit q̄ non. q̄ incensiones et fulmen sunt impressiones igne typhones et enephias non. ḡ non sunt eiusdem spēi z̄ arguit. diversitas i motu ostendit diversitatem in specie. sed enephias mouetur laterali ter accensione. typho autē mouet circūgirative. ergo nō sunt eiusdem speciei. 3⁹ arguit. fulmen habet aliqua que in causas naturales reduci non possunt. ergo non est de natura elemētari. An̄s patet. q̄ fulmen aliquā cōburit hominem sine leſione velūmētoꝝ. et cōburit ensem vagia remanente integra. ergo r̄d. Ad oppositū est Aristoteles in ultimō capitulo huius libri.

Pro. Responsione.

Sciendum est primo q̄ post
q̄ phūs determinavit de tonitruo et coruscatione. p̄titer determinat de enephia. incensione fulmine et typhone. que oīa generant ex eadem materia. scilicet exalatio calida et sicca inclusa infra nubem sicut tonitruum.

Sciendum est secundo. q̄ Ene
phias sic generantur. nam quādō infra nubem summe frigidam includit exalatio calida et sicca grossa et terrestris tunc per antiparatesim monēt impetuose querendo exitum. et tandem frangit nubem in debiliōi parte. et hec exalatio calida et sicca a nube propulsa violētē versus terram et lateraliter mota vocatur enephias. Et ideo enephias sit diffinitur. Enephias est ventus magnus a frigiditate nubis versus terram expulsus lateraliter motus et transumptive. Unde quia ventus iste est magnus frigiditas nubis non sufficit ipsum propellere

vsq̄ ad terram directe propter resiliētiam ei⁹ ideo mouetur transumptive et lateraliter. Et iste ventus habet duos effectus. nam obscurat aerem eo q̄ est exalatio multum grossa. et adducit pluias quando magna frigiditate nubis propellitur. et communiter flat iste ventus ante magnas pluias et quando sunt magna tonitrua. Sed typho est ventus a nube descendēs et expulsus vsq̄ ad terram mot⁹ circū girative. Unde quia iste ventus percudit tem̄puma pars que primo percudit primo reflectit. et obuiat alteri parti descendēti. ideo se innūcēm inuoluit iste et iō sit motus circularis talis exaltationis. et talis ventus habet eleuare pulueres et lapides et quandoq̄ eradicat arbores si sit magnus. Et sic patent differentiae inter typhonem et enephiam. Differunt autē primo. quia typho est ventus multum minor et subtilior q̄ enephias. ideo propellitur a nube vsq̄ ad terram et non enephias. Ex quo alia differentia patet q̄ typho mouetur circū girative. et enephias transumptive. 3⁹ differunt q̄ typho qn̄q̄ generat ex duobus vētis sibi inuicem obuiatibus et duabus nubibus. sed enephias ab unica nube expellitur.

Sciendum est tertio. q̄ Qn̄ typho i cēdit vocal incēsio. ita q̄ incēsio nibil ē q̄ typho apparet ad modum rote quadrigē et igne. sed quando enephias incendiatur apparet magnus ignis motus transumptive et quādoq̄ inflammā ciuitates et regiones. Ex quibus patet q̄ incensio differt a coruscatione quia coruscatio vt dictū est causatur ex percussione exaltationis ad latera nubis et sequitur tonitruum. sed incensio fit sine tonitruo et causatur ex motu exaltationis circa terram.

Sciendum est Quarto q̄ fulmen est ignis subtilis qui est in materia rara a nube cum violentia inferius proiectus. Unde quando a nube frigida expellitur exalatio calida cum magna violentia propter velocitatem motus incendiatur et mouetur inferius motu velocissimo et impetuissimō vocatur fulmen. Luius sunt due species. nam quoddā fulmen dicitur penetrans quod sc̄z habet materiam subtilissimā et rārā et velocissime motaz

Aliud fulmen dicitur adurens. et hoc propter densitatem materie aliquā vut et colorat corpora que tangit in quibus morā faciat. Quia igitur hoc fulmen non est omnino subtile. ideo non colorat corpora dura et densa nisi aliqualem morā faciat in ipsis propter coctuz resiliētā. et i illa morā adure illa corpora et unde ē q̄ qn̄q̄ aburit corpus boī sine leſione

Enephias

methaurozum

vestis et quādoqz ossa sine lesione carnis et adūnt et colorat cūtellum vñensem sine alteratiōe vel adūstione vagine. et hoc ideo est. qz corpora subtilia et porosa penetrat. ideo nō facit moram ibi nec adūrit ea. sed adūrit corpora dura et cōpacta que resistunt. Unde ipsius fulminis ponuntur aliqua accidentia in textu.

Pūmū est qz immediate dictū est. Aliud est qz corpora fulmine percussa immediate ante percussionem videntur moueri et hoc cōtingit. quia fulmen semper precedit aliquis vētus moūens illa corpora. Aliud ē qz alia fulmine percussa in somno videntur habere oculos aperitos. sed quando percutiuntur in vigilia habent oculos clausos. cuius ratio est. qz quando percutiuntur in somno aperiunt oculos et anteqz possint claudere iam mortua sunt. et similiter quando percutiuntur in vigilia claudūt oculos et anteqz eos aperiāt mortua sunt. Aliud accidens est. qz corpora venenosa fulmine percussa purgātur a ueneno. sed corpora munda fulmine percussa efficiuntur venenosa. et hoc est propter diuersam dispositionē viventiā sive reūpientiā. nam fulmen percutiens aīāl vēnosuz consumit būmores venenosos. et sic relinquit carnes mundas. s; pūtū mundū cōsumit būmores mundos et relinquit carnes immūdas.

Aliud accidens est. qz corpora fulmine inflāta cū difficultate extinguitur quia materia fulminis est viscosa et multū adberēs cui adseret.

Conclusio responsiva ad qz:
licet qz eadem est materia secundum substātiā illaz impressionum. sed tamen differunt penes diuersa accidentia: et hoc satis patet ex dictis.

Rationes soluuntur ex dictis. Et hec de secundo methaurozum.

Sequitur Liber tertius me-
thaurozum:

Sequitur in textu. De residuis autem dicamus operibus segregationis buīns p̄cūn ducto iam modo dicentes.

Ircā inīcium tertii Libri methauro- ruz Queritur p̄cio

Utrum radius visualis refrangatur in occasu mediū rarioris et densioris. Arguitur qz nullo modo possit refrangi. nam radius perpendicularis a nullo occasu ciūscunqz potest refrangi. g? nec radius obliquus. cōsequētia tenet. qz radius perpendicularis et obliquus procedunt a corpore lucido et sunt eiusdem rōis. en; cōcessūt omnes perspectivi. z? arguitur si radius visualis frangatur in occasu mediū densioris se quitur qz nulla res appetit in loco in quo est ve- raciter nec sub vera ūtūtate. p; ūtūtia. qz illud qd appetit p refractiōē appetit aliud et alibi qz sit. Etiaz si radius visualis frangeretur in occasu mediū densioris cum oculi sint densiores qz aer sequitur qz omnes radii visuales refrangerentur. et sic omnis res appareret maior qz sit. ergo zq. Ad oppositū est p̄bus in illo tertio libro in quo agit de his que appetit per refractiōē et reflectionē. scilicet de halo et de ynde. Pro quo.

Sciēdum est primo qz per ra-
dium visualē intelligitur lumen multiplicatum ab aliquo luminoso corpore per aliquod me- diū. Advertendū qz refractiō et reflectiō differunt ad inūicem. Nā radius dicitur reflectiō quando ab aliquo corpore opaco reverberat. et resiliat versus corpus luminosum a quo recessit. Sed quando radius visualis ulterius procedit deuiciād tamen a primo processu acceden- do scilicet ad perpendicularē vel recedendo a perpendiculari tunc talis radius dicitur refran- gi. et ita sicut postea dicitur halo apparet per refractionem. Autore les tamen utitur illis duobus nominibus ut differenter.

Sciēdum ē secundo qz Q. n.
aliquis radius reflectiō oportet qz semper angulus reflectionis sit equalis angulo incidentie. Angulus autē incidentie dicitur angulus causatus ex linea procedenti ex corpore lumi- noso et cadente super aliam lineam vel super- ficiem existentem in corpore a quo potest fieri reflectio. Sed angulus reflexus ē angulus causatus ab eadem linea reflexa seu reverberata a superficie supra quam primo incidit ver- sus corpus luminosum.

Sciēdūz est tercio qz Lathe
f. iii.

Liber tertius:

cus ē radius visualis pcedēs a corpore lūoso vñqz ad illū punctū in quo concuterez radius visualis reflexus cum eo si recte procederetur per superficiem in qua reflectur. Ideo res visa per reflectionem appetit in concusū radii visualis cum catheco. Et inde est q̄ ymago appetit intraspeculum.

Sciendum est quarto. q̄ radius perpendicularis nunq̄ refrangit. s̄ totaliter transit p̄ mediū vel reflectit versus corpus lūosum. Et huius rō est. q̄ non est maior rō q̄ frāgeret versus vñā ptem q̄ versus aliā exquo est rectus. et video vel transit vñterius vel reflectit in se ipsum. Et ita radius perpendicularis est fortissimus. Sed radii obliqui possunt refragi et q̄to sunt p̄ pinquiores perpendiculari tanto sunt fortiores. et q̄to plus recedunt a perpendiculari tanto sunt debiliores.

Sciendum ē quinto. q̄ a quo libet puncto corporis lūosi in quolibet pūcto mediu existētis infra sperā activitatis corporis lūosi. pducit lumen et multiplicat. prout habet in quarta p̄positiōe p̄spectiue. quodl̄z pūctum lūosi quodl̄z punctū mediū illuminat. Et si obiciat etiāz q̄ tunc in quodl̄z puncto mediū appetet infinitum lumen intensiue. q̄ in corpore lūoso sunt infinita puncta a quorum quolibet multiplicat lumen in quodl̄z puncto mediū. R. q̄ pūctum in p̄posito accipit phisice. et non mathematice. pūctus aut̄ phisicus non est indicibilis nec sunt infinita puncta in aliquo corpore phisico.

Sciendum ē sexto. q̄ Omne corpus politū et tersum natū est reflectere lumen et inde est q̄ in corporibus lucidis politis et terris appetit ymagines. vt facies hominis appetit in aqua et etiā in speculo. Indenarrat phūs de quodā habētē debiles oculos adeo q̄ faciē suā videbat in aere. id q̄ etiā in aere reflectunt radii visuales s̄ nō p̄cipiunt à nobis. q̄ aer nō terminat visuū nisi in magna distātia et qua nō possum⁹ videre ymagines reflexue.

Sciendum est vñltimo q̄ Elaritas vel obscuritas in speculo facit ad hoc res videat clarior vñminus clara. Res enī visa in pulchriori et clariori speculo appetit pulchrior et clarior. Et si speculū sit parue quantitas aliquādō ppter paruitatē nō representat figurā rei sed soluz colorē. Nam in speculo requiriunt determinata quantitas ad b̄z q̄ representet figurā rei vise. et ideo sicut dicitur postea colores yndis appetit per refractionē factam a paruis guttulis aquae tenentib⁹ locis quorū speculorū nō sufficientib⁹ representare figurā corporis lu-

minosi s̄ solū colorē. Iste notatus sit.

Conclusio prima. Radius visualis obliquus in occurſu mediū densioris frangit et perpendiculari. Proba. q̄ cū difficultius sit lumē multiplicari p̄ medium densius q̄ per mediū rarū. sequit q̄ radius obliqu⁹ in occasu mediū densioris tēdit a perpendiculari se fortificādo ut possit penetrare corp⁹ mediū dēsins.

Conclusio secunda. Radius visualis reflexus in occurſu mediū rarioſ refrāgitur et perpendiculari. S̄ q̄ luminis ē diffundere se in p̄tū p̄t. ideo q̄n occurrit medio subtilliōri per aplūs et pfectū se diffundit et medio dēſionī. Et ex hoc potest reddi causa quare denarius positus in fundo pelvis plene aqua appetit qui tamen non apparet si nō esset aqua. visu existente in equali distātia. q̄ radū visualis denarii existētis i fundo pelvis plene aqua possunt multiplicari per aquā. sed cū occurrit medio rarioſ frāgunt et perpendiculari. et sic appet denarius in cōcursu radii visualis cū catheco. et appet maior q̄ sit et in alio loco. Et eadē de causa baculus habētē medietatē in aqua et medietatē extra appet fract⁹. Nā illa pars que ē in aqua videtur p̄ radios fractos a perpendiculari ideo appetit alibi et maior q̄ sit.

Conclusio tertia. Nullus radius visualis refrangit in medio uniformi. P̄ de illo qui videbat faciē suā in aere. P̄ etiam quia vt dicit in z⁹ de aia q̄ simile est de sono Echo et de luse. quia semper fit reflectio soni in medio sicut et luminatio. sed non est nobis manifesta nisi sit ab aliquo corpore phibente vltiorem p̄cessum lumonis vel soni. Patet etiā quia lumen debilius est in magna distātia a corpore lūoso q̄ prope. Unde in sui multiplicatione continue debilitatur. quia cōtine magis distat a suo fonte. Modo quanto aliiquid est magis coniunctuz suo fonti tanto est fortius. Et ita appetit qualiter nō sunt equales reflectiones in quolibet punto mediū. sed sunt maiores et minores secundum distātia maiorem vel minorem a corpore lūoso.

Conclusio quarta. Radius perpendicularis nunq̄ refrangit. sed bene reflectitur. Patet satis per ea que dicta sunt. deficiare autem in particulari de radiis visualibus pertinet ad p̄spectiū. sed illa generaliter dicta sūt. quia in illo libro determinat de impressiōib⁹ apparentibus per reflectionē aut refractionē radiorū visualiū. et per hoc p̄ respōsio ad q̄.

et vicinior potētis vegetativus. Oppositū
dicit p. in. c. Ad dubium respondeat & duplicitate
causa bonitas mentis conundet bonitati tactus
Pūna e q̄ tact⁹ ē sūo amētū oīum sēsū. orga-
nū enī tactus expādit per totū corp⁹ ad modū
retib⁹. et ex sensu tact⁹ b̄z aīal & sit aīal. ideo cū
habet meliore tactu habet meliore naturā sensi-
tuā. et cū bonitas sensus sit dispositio ad boni-
tatem intellectus. cū nihil cognoscamus n̄ si per
misteriū sensus. sequit⁹ q̄ qui habet meliore tac-
tu habent meliore intellectū. Ex hoc aut̄ & ali-
quis b̄z meliore visu vel auditu n̄o ppter hoc
simplificiter dicatur melioris nature sentiētū nisi
solus s̄z⁹ quid. sc̄z i illa pte in qua est visus vel
auditus. Secunda ē q̄ bonitas tact⁹ cōsequit⁹
st̄peratiam in pplexione. Et quāuis organu⁹
tact⁹ n̄o possit esse oīno denudatū a qualitatib⁹
bus tangibilib⁹ eo & est ppositum ex quatuor
elementis. oī tñ & sit i potētia ad excellētias qua-
litatū tāgibilū p̄ hoc & ē reductum ad me-
diū. et q̄to organu⁹ tact⁹ est magis reductū ad
mediū tāto magis tact⁹ p̄cipit excellētias qua-
litatū tāgibilū. et tāto pplexio corporis ē me-
lior. et cū ad bonā pplexionē corporis sequat⁹
nobilitas aīe. q̄ oīs forma pportionat materię
et aīe sequunt⁹ corpora. vt dicit p. i libro de phis-
sionomia sequit⁹ & qui sunt melioris tact⁹ sūt
melioris aīe et pfectionis mētis si mētē hēant.

Dubitatur secundo. *Eum
bō habeat certissimum faciat quare spēs odiorū;*

denominant a sp̄ebus sapor̄ magis q̄ a qua
litatibus t̄gibilibus q̄ recipiunt tacu. R. q̄ cā
ē. q̄ odor et savor sumus ex omniū e qualitatū
elementor̄ savor enim sumus in calido et hūndo
aqueo digesto. odor aut̄ in sicco hūndo aereo et
io sp̄es odor̄ magis respōdent sp̄ebus sapor̄
qua; simplicibus qualitatib; t̄gibilibus. et ita
notamus sp̄es odorū p̄ sp̄es sapor̄ eo q̄ habe
mus bonū gultū et malū saporatū et pp̄ter affi
nitatē predictā quā habet odores ad sapores.

Dubitatur tertio. an semper

species odoꝝ correspōdeat spēꝝ sapoꝝ sic q̄ il
la q̄ habet dulcē odore habeat dulcē saporē. &
q̄ nō temp. Lūus cā eit. q̄ sapoꝝ cōſtituit in
būdo aq̄o aliqualiter digesto p̄ caliduz. odoꝝ
aut̄ cōſtituit in būdo aereo aliqualiter tēperato
et actione enchyli ſicu in ip̄m. p̄tingit aut̄ qn̄z
vtrāq̄ sublata ſicu ſubtile aereaz et aqueā eile
certus eē cōmīta ſecundū debita dūmitionē. et
ſic ſuauitas odoꝝ et ſapori ſcorrespondent ſibi
inuicē. ſi vero ſit debito inō p̄poriuonata i vno
et nō in altero eit in vno ſuauitas et nō in al
tero. et ſicut dicū eit de dulci et amaro q̄ ſunt et
trema i ſapori bus et trāſ ferunt ad odores extre
mos. ita etiā noia ſapori mediorū attribuunt
odoꝝ medius. ſicut enīz dicū ſapor acetosus
austerus p̄tictus acuꝝ et pinguis. ita noiant
odores.

Ad rationes ante oppositū;

Ad primā dicitur nihil p̄cipiū ab olfacto nisi sub rōde odoris, et ita nō odorabile p̄cipit ab olfactu propterea est primatio odoris, non oī etiā q̄ quodlibet genere animali p̄cipiat quosdamq; odores, q̄r accidat olfactui in comuni q̄ sit in organo sic disposito in tali spē animalis vel tali.

Ad secundā dicit q̄ odore nō percipiunt̄ a gustu. Quis enī odorabile sit gustabile p̄ accidens. nō est tñ intelligendū q̄ odor percipiatur a gustu. vt satis declaratū est pius. Sequitur in textu. Et aut̄ olfactus. sc̄.

Queritur vicesimotertio.

Utrum odor multiplicetur realiter per medium aut solum intentioniter. Arguitur & multiplicetur realiter. quia ut dicit Anicenna poma odorifera per hoc & odorant desiccant et contrahunt rugas. quod non esset nisi esset realis de fluxus odoris a corpore odorifero. 2º odor est quedam summalis evaporatio. ut dicit physis inde sensu et sensato. summalis autem evaporatio est aliquid reale igit diffunditur realiter. 3º experti sunt venatores & quedam bestie silvestres quando appropinquat loco in quo debet quiescere faciunt quosdam magnos saltus ut interrupant via canibus ut canes non possint eas invenire

Liber secundus.

sed cum se mouent ab eis resoluuntur quidam vapores per quos a camibus iuueniuntur. quod non esset nisi odor esset quidam realis deflatus. In oppositum arguit tribus rationibus ceteris metatoris. Prima ratio. quia signes et vultures venerunt a quinquaginta miliaribus ad bellum troianum propter corpora occisa. et tamen si cada uera fuissent resoluta igne ultra cuius raritate non est maior raritas non potuerint se diffundere per tale spatiu[m] et maxime cum odor orbiculariter difundiatur. ergo o[ste]r odor[um] multiplicata intentionaleriter in medio. Secunda ratio est si odor multiplicaret realiter per medium sequeretur et duo corpora essent simul et quod esset penetratio dimensionum. Tertia ratio corpus simplex non potest esse subiectum odoris eo quod odor est qualitas locuta. ergo o[ste]r sit in aliquo subiecto mixto et non in aere si multiplicetur realiter sed hoc est impossibile ut patet per precedentem rationem. quod esset penetratio dimensionum. Pro responsione.

Sciendus est primo. quod post physis determinavit de odorabili. inter determinat de immutatione medii et organi odiorum ab odorabili. et primo de mutatione medii.

Pro quo.

Sciendum est Secundo. quod proprium mediū odoris est aer aut aqua. quod probat physis quod tamen animalia aquatica et animalia in aere viventia sine habeant sanguinem sine non percipiunt odorē a longe eo quod currunt de longu[m] ad nutrimentū quod non esset nisi mouerent ab odore.

Sciendus est tertio. quod Quidam dixerunt oem sensu[m] pfici per quedam contacū. ita quod o[ste]r sensum et sensibile le tangere ad hoc est fiat sensatio. sed tamē aliter assument h[ab]ent accidere in visu et aliter in aliis sensibus. quia dicunt quod a visu egrediuntur linee visuales procedentes usque ad rem visam et per hoc est tangunt visibile perficitur visus. sed in aliis sensibus dicunt econverso quod sensibile venit ad sensu[m] sicut manifestū est in gustu et tactu et similiiter in auditu. nam sonus venit ad auditum per motum localem. et similiter dicebant in olfactu quod a corpore odorifero egreditur quedam fumalis evaporationis in qua est odor que deuenit ad sensum olfactus. Iti autem qui nihil percepierunt de immutatione spirituali scilicet antiqui solum considerauerunt immutationē realē et materialem. modo in aliis sensib[us] apparet manifeste quedam materialis immutatio. soni enim et odores deseruntur per medium et impediuntur per ventos. similiter corporum tangibile ut calidum et frigidum calefacit mediū realiter. etiam dixerunt in aliis quatuor sen-

sibus sensibile venire ad sensum. sed quia coloris in medio non impediuntur per ventos. et tamen quia species colorum sunt imitatio aere. non sic autem est in aliis sensibilibus. ita illi non per capientes immutationem spiritualem. quare differunt et visus fit extrahendo per emissionem luminis a visu ad rem visam. sed quia percepient immutationem qua medium immutatur ab aliis sensibilibus dixerunt talia sensibilia venire ad sensum.

Conclusio responsiua ad q[uestio]nem.

Odor multiplicatur in medio realiter usque ad certam distantiam et ultra intentionaleriter. Prima pars patet. quia odores impediuntur per ventos quod non esset si solum intentionaleriter multiplicetur in medio. ventus enim non impedit multiplicationem colorum in medio. igitur. Et etiam hoc probant rationes et exempla adiecta ante oppositum. Secunda pars patet per rationes factas post oppositum. Patet alium quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem. ergo oportet quod intentionaleriter odor multiplicetur per aliquam partem medii.

Dubitatur primo. Qualiter

Organū olfactus immutatur ab odore. Ita quod odor usque ad certā distantiam multiplicatur realiter et defertur cum quadam fumali evaporatione et ultra immutatur mediū intentionaleriter et mediū motu immutatur organū olfactus. quod quidem olfactus est in potentia ad odores sicut visus ad colores.

Dubitatur secundo. Utrum

homines et alia animalia habeant eundem sensum olfactus. Arguitur quod non. quod si sic similiter odorarent. sed non similiter odorarent. nam homines odorarent nisi respirando nec a longe nec a prope. sed quemadmodum alia animalia sine respirando odorant. Oppositum tamen arguitur duabus rationibus. Prima ratio est. potentie distinguuntur per actus et actus per objecta. sed est idem objectum odoratus hominis et aliorum animalium. quia tam homines et alia animalia percipiunt odores per olfactum. igitur habent unum et eundem sensum olfactus. Secunda ratio. eiusdem portentie sunt eadem corruptientia. sed sensus odoratus in hominibus et aliis animalibus corruptitur a fortibus odoribus sicut a sulphure. sed habent eundem sensum. Ad dubium. Ita quod physis et animalia respirantia non respirantia non habent eundem sensum odoratus. sed soluz est differētia in modo odorandi qui non variat sensum. Prima pars per se factas post ostendit. Secunda parte declarat per quod sicut alia animalia habentia

De anima.

palpebras in oculis non vident nisi palpebras elevatis. et aialia babentia oculos duros sine palpebris latum vident ea que sunt in loco lucido. ita etiam aialia respirantia babent organum olfactus copertum quodam coperculo et non possunt odorare nisi elevent humidi coperculum per respirationem. aialia vero non respirantia non habent coperculum supra organum odoratus. et ita statim odorant in aere vel aqua sine respiratione. verum est tamen quod non est omnino simile. sed est dissimilitudo in hoc quod homines et aialia respirantia habent perorem olfactus quod animalia non respirantia. sed eocetera babentia palpebras habent meliorem visum quod non habentia palpebras quod habent duos oculos. quia non immutantur nisi a soitibus colonibus. Animalia vero babentia palpebras habent oculos claros et faciliter immutantur ab omni genere colorum. et propter hoc ad defensionem oculorum habent palpebras. Unde dicit textus quod proprium est homini non odorare sine respiratione. non tamen proprium in quarto modo sed in secundo modo quod conuenient oculi. sed non soli vultus nescitas respirantia in odorando provenit ex hoc quod organum olfactus in homine est copertum et clausum propter caliditatem et humiditatem cerebri quod manus est in homine et in aliis animalibus secundum quantitatem corporis. ideo ut eleuetur illud coperculum quo conservatur organum olfactus in homine in odore indiget respiratione.

Dubitatur vltio Circa viiiij
notabile prius positum. quare magis sic spualis in natatio a vultibili quod ab aliis est vultibili immutantibus. R. quod causa est quia visibiles qualitates insunt corporibus corruptibilibus secundum quod communicant aliqua materia coi. scilicet in dyaphanitate cum corporibus incorruptibilibus et ideo qualitates visibles habent esse formaliter et nobiliter et reliqua sensibilia quae solum inveniuntur in corporibus corruptibilibus. et ita visibile immutat totum medium spualiter.

Ad rationes ante oppositus
Ad primam dicitur quod odor multiplicatur realiter vsque ad certam distanciam. verum est tamen quod poma diu odorata desiccantur. et sic contrahunt rugas propter exhalationem humorum manu tenti ponuntur. Ad secundam dicitur quod ibi est predicatione causalitatis. odor est fumalis evaporationis sensus enim est quod odor multiplicetur per fumalem evaporationem. vel quod odor est in fumali evaporatione ut in subiecto. Tertia ratio bene probat quod colores usque ad certam distanciam multiplicatur realiter in medio. Aldi ratio post ostendit dici. Ad exemplum pimentatoris quod flatus ventorum de parte ista fuerunt quedam tumulares evaporationes resolute a cadaveribus usque ad locum in quo erant signes et vultures. usque potest dici

quod vultures et signes venerunt ad cadaveria non quod mouerentur a cadaveribus. sed quod sunt aues altius simili volantes et acutissimi vultus propter quod vident cadaveria. Uel potest dici quod odores cadaue ris multiplicati sunt in medio primum realiter. et partim intentionaliter. Ad tertiam dicitur negando quod propter hoc non sequitur quod duo corpora sint similares enim fumalis evaporationis sit quoddam corporis subtile in quo est odor. tamen potest recipi in aere eo quod aer sibi servat. qui est facilis divisionis. Et ad aliam dicitur quod odor realiter est in fumali evaporatione sicut in subiecto. Posset tamen dicitur quod odor possit esse in aere ut in subiecto. qui aer iste qui est proprie terrae non est elementum purum sed est quoddam mixtum. ideo post ea dices in ultimo quod aer fetet. sed species odiorum multiplicati sunt in aere intentionaliter ut in deferente. Sequitur textus. Vultabile autem est. et quod.

Queritur vicesimoquarto.

Utrum sapor sit proprium obm. gustus. Arguitur quod non. obm. gustus se debet habere ad obm. tacitus sicut inferius ad superius. sed sapor non continet sub obo tactus quod est ipsae qualitates prime. agitatur. maior per quod gustus est quoddam tacitus. g. gustabile debet esse quoddam tangibile. et hoc etiam habet in termino. minor per quod sapor non est qualitas tangibilis. 2. illud est obm. gustus sub cuius ratione est gustus in obm. illud in quod fertur. sed sub ratione huius est salina. gustus papiri obm. illud quod papitur. g. huius est salinale est obm. gustus. In oxydo est plus in textu.

Sciendum est primo quod post oxydum derelinquit de visibili gusto. audibili. et auditu. olfactibili et olfactu. non deteriat de gustabilis et gusto. et quod circa quatuor sensus tria sunt consideranda. scilicet medius. obm. et organum. ideo in prima questione videbitur de ipsis tribus per ordinem. primum de medio. secundum de obo. et tertium de organo.

Sciendum est Secundo. quod unus sensus percipit suum obm. per aliquod medium. nam sensibile per se ipsum supra sentium non facit sensatum nem. Sed duplex est medium quoddam est intraneum et aliud est extraneum. Tamen vultus auditus et olfactus percipiunt sua obiecta per medium extraneum puta per aerem vel aquam. Sed gustus et tactus percipiunt sua obiecta per medium intraneum et est extremitas lineae.

Sed extra hoc obiceretur oxydum quod medium gustus non sit intraneum. quod si in aqua dissoluatur corpus sapidum puta mel et esset in aqua distantes ab illo corpe nos sentiremus illud corpus esse sapidum et hoc per medium extraneum. R. p. ad hoc nos sentimus sapores talis corporis per oxydum miscet aqua. sicut apparet in potu si quo si ponatur mel per capimus dulcedinem eius. non ergo sentimus saporem talis corporis per oxydum miscet aqua. sed saporem in aqua immutata a tali corpore que quidem aqua immutata tangit linguam.

Quis signum est quod minus intense immutat gustum. eo quod ille sapor debilitatur per admixtum aqua.

Ulterius sciendum quod nihil
seruitur per gustum sine humiditate. sic enim non videtur color sine luce nec sapor sine humido. oportet ergo esse gustabile habere humiditatem acutum vel potentiam. acutum quidem sicut est id quod sumitur per modum potum ut vinosus vel aliquid humidum. potentia vero sicut est aliquid quod sumitur per modum cibi. et propter hoc oportet sicut salvia in ore. et sic etiam supra linguam ut possimus recipere omnes sapores. ita quod ista salvia non habeat aliquem saporem in se. sed sit indifferens ad omnes sapores. Non tamen intelligitur quod est sicut salvia sit propria et primum medium gustus proprio caro quod est supra linguam. Deinde videndum est de obiecto gustus. Pro quo sit.

Conclusio responsiva ad quod.
Quod sapor est proprium obiectum gustus. probatur hec permodum. sicut prius probatum est de colore in ordine ad visum animalium enim precipit gustus nisi sapidus vel insapidus. propterea insapidus reducitur ad sapidum sicut tenebra ad lucem. Sed quod gustabile actu est quoddam humidum a quem quod est potabile. id videtur quod potabile est non potabile sunt principium eorum quod gustu precipit gustus enim precipit ambo. sed vinosus ut suauiens sicut potabile. Aliud ut prauius et corruptius gustus sicut non gustabile. Unde potabile ceterum est tactus gustus. nam est tactus ut humidus et est gustus ut sapidus. nam humidus aqueus est principium saporis. quod sapor fundatur in humido aqueo et non precipit sapor sine tali humido. quod non potest esse in actu sine eo. Deinde videndum est de organo gustus. Pro quo.

Sciendum est quarto quod organum gustus est quoddam nervus diffusus supra latus tundine lingue. quod quidem organum non dicitur esse humidus. nec dicitur esse tale quod non possit fieri humidus sicut organum visus non dicitur habere aliquem colorum sed esse susceptivum colorum. gustus enim patitur a suo sensibili. in modo gustabile in actu est humidus in actu. ideo quod organum gustus esse humidus in potentia. et cum iam passum est actu est humectatus. saluat tamen in sua natura ut possit gustare ita quod de sua natura sit preservatus ab intensa humiditate et in tensa siccitate. et hoc per ipsum a signo. nam lingua extensis sicca non potest gustare. neque exstans valde humida. quod quoniam est valde humida humiditate precedente tunc in ea sit sensus primi humidus. et non superuenienter. sicut cum aliquis gustauerit forte sapore et postea gustet aliud sapore non percipiet quia adhuc manet gustus saporis in lingua sicut in febricitantibus quibus omnia videntur amara quia sensunt per linguam plenam amara humus

ditate scilicet colera. sic ergo per organum gustus debet esse tale in potentia quale est gustabile in actu. Sed tunc mouetur aliqua dubia.

Dubitatur primo. Utrum

Gustus sit quidam tactus. Videlicet quod non. quod si sit esset quedam species tactus. hanc species non potest in numeris contra genus. ergo non essent quinque sensus exteriores. Oppositorum tamem dicitur perhunc in textu. Ad dubium. Responde. Quod gustus et tactus possunt dupliciter capi. Uno modo per ipsum ad actum scienti et isto modo gustus est quidam tactus. quia percipit suum obiectum tangendo et percipit etiam suum obiectum per medium intraneum. licet tactus. et etiam gustabile est quoddam tangibile. quia omnis sapidus est humidus. Alio modo possunt considerari gustus et tactus quoniam ad sua obiecta formaliter accepta. et sic oportet dicere quod sicut se habet obiectum gustus ad obiectum tactus. ita se habet sensus gustus ad sensum tactus. et quia sapor qui est obiectum gustus est qualitas secunda. et non aliqua qualitas tangibilium simplicium. ideo igitur sapor causatur a qualitatibus tangibilibus. et fundatur in humidus sicut in natura propria. Ideo etiam sensus gustus non est id quod sensus tactus. sed in eo radicatur et fundatur sicut sapor fundatur in humidus. Unde humidus in quinque humidum non immutat sensum gustus. sed in quantum sapidum. et hoc est quod solet dici communibus verbis. quod gustus potest dupliciter considerari. Uno modo est discretius saporum. et sic non est necessarius omni animali. Potest etiam precipit ut est quidam tactus prout scilicet percipit qualitates tangibiles et prout est sensus alimento. et isto modo est necessarius omni animali et est quidam tactus. Unde dicebatur in tertio ethico quod temperantia non est circa electiones gustus accipiendo gustus primo modo scilicet ut est discretius saporum nam probatores vino non essent intemperati. sed intemperantia est circa delectationes gustus ut gustus est quidam tactus.

Dubitatur secundo. Scilicet

quot sunt species saporis. Responde. Quoniam sunt septem. scilicet dulce. amarum. pinguis. saluum. acre sive acetum. seu austерum. ponticum sive shipticum et aceratum. quarum sufficientia sic potest haberi. quia omnis sapor aut est medius. aut extremus. si extremitas. sic sunt sapor dulcis et amarus. si medium hoc est dupliciter. aut est medium per equidistantiam ab extremitate. aut non. si primum. sic est sapor acerius. si secundum. hoc est dupliciter aut mediat inter dulce et acerum. aut inter amarum et acerum. si primum hoc est dupliciter. quia vel magis appropinquat dulci. et sic est pinguis. vel magis acerum. et sic est acerum.

De anima.

custerus. si vero mediet inter amarū et acutum
hoc est dupliciter. qz vel magis p̄pinqiat ama-
ro et sic ē iolius. vel acuto et sic est pōticus sa-
por cuius saporis sunt fructus nonā matū.

Et ē aduertēdū qz sapor causes a qualitatib-
us primis et contraria sunt qz maxime a se di-
tātam s̄z maximā distantia qualitatū primaz
no attendit contrarietas nec differētia in sp̄b
sapori sed in ordine ad gustū. Unde non est
necessē dulce vel amarū esse maxime calidū vel
frigidū. humidū vel siccū. sed decet qz habeat
immutare gustū cūz honore vel suavitate. Pz
iguit̄ r̄spōsto ad qz. pz de obiecto medio et
organō gustus. Deteriare autē de natura et gene-
ratione saporū pertinet ad librit̄ de sensu et sensa-
to. Ideo ad presens sufficiat ostendere quid sit
obiectū organū et mediū gustus. Lunc ad
rationes ante oppositum latis patet ex dictis.

Sequitur tertiū. De tangibili aut.

Queritur vicesimoquinto.

Utrum sensus tactus sit unus sensus aut plures

Arguit̄ qz sit unus. qz si tactus esset plures
sequeretur qz essent plures sensus exteriores qz
quinqz. p̄ns est fallū. Iguit̄. z. arguit̄ lic
sensus tactus caput unitate a subiecto. s̄z potē-
tia tactuā habet vnu subiectū sive organū. s̄z
quendā velum expansum per totum corpus ad
modū reibis. g. tactus ē unus sensus. z. sic
si tac̄ nō esset vn̄ sensus hoc esset. qz esse plu-
rū contrarietas p̄ceptiuā. s̄z non ppter hoc est
plures. qz etiā quibz alioz sensuū est p̄ceptiuā
contrarietas pluriū sc̄z vilis est albi et nigri tur-
pis et pulcri. auditus etiā est p̄ceptiuā acuti
et graui circa vocē magnū et paruū asperuū et
lene. Iguit̄ tac̄ nō ppter hoc est plures qz percipit
plures qualitates. In o. est ph̄bus in. t.

Scienduz est primo. qz post
qz ph̄bus determinauit de visibili et visu. audi-
bili et auditu. odorabili et odoratu. gustabili et
gustu. ñter determinatvltimo de tangibili et
tactu. qz inter omnes alios sensus tactus est
min⁹ sp̄ialis quis sit fundamētū omn̄ alioz.

Sciendum est Secundo. qz
quātum ad ea qz inquirēda sunt circa tactu eas-
dēratio et de tactu et tāgibili. nā si tactus nō
sit unus sensus sed plures non erit vnu genus tā-
gibiliū sed plura. Monet iguit̄ ph̄bus duas du-
bitationes circa tactu. quarū prima ē p̄ns qzlio
Secunda ē de organo tac̄ an sit caro v̄l quid

Scienduz est tertio. qz **Organū**
tactus ē vnu subiectū et diuersuz formaliter
et rōde. nā organū tactus ē quidā nervus et
pansus qz carnē ad modū reibis. p̄siles in p̄por-

tū e media qualitatū tāgibiliū. et ita ē cum ille
nervus sit unus organū tac̄ ē vnu naturalis
ter. s̄z est diuersuz formaliter. qz organū alicui⁹
sensus ē quendā propoſtio armonica medians
inter sensibila contraria quoqz ip̄e sensus ē p̄cepti-
nus. ita qz sensus app̄p̄bēdit illa quoqz ip̄e ē me-
dia p̄p̄tio. et qz lensus tac̄ ē p̄ceptuā pluri-
mū contrarietas per se nō reducibilū ad vnu
genus p̄mū. qz sunt calidū frigidū. humidū et
siccū oī organū tactus ē mediū pluriū contrari-
etas. et organū tactus formaliter nō ē vnu.

Conclusio responsiva ad. q.

Sensus tactus est vnu subiecto et numero. sea ē
plures s̄z formā sive sp̄em. Prima p̄s pz qz acci-
dēs numeralē ad numeratioēz subiectū. s̄z tac̄
estī vno organo indiuiso p̄ totū corpus expāſo
iō tac̄ ēt vnu unitate subiecti. Secunda pars
pz. qz potētē distinguis per actus. et p̄ obiecta
cū iguit̄ tangibila nō possunt reduci ad vnu ges-
nus p̄mū. qz in unoquoqz genē ē tantū vna
prima contrarietas. oī qz tac̄ sit plures. qz quibz
sensus ē p̄ceptiuā vnuī contrarietas p̄me et
vnuī genē qzis possunt accipere plures contrarieta-
tes per subdivisionē sicut lensus cois. vel eius
p̄ accidēs sicut sensus p̄icularis. vt visus cog-
noscat pulchru et turpe. vnuī autē tangibiliū sit
plures contrarietas p̄ se quaz vna nō contrarie-
tud altera et nō reauant ad vnuī genē p̄mū.
et sunt contrarietas p̄ se et p̄ accidēs. Est in
aduertēdū qz contrarietas qualitatū tangibiliū
quodā mō reducitur ad vnuī subim et ad corp⁹
mixtū i quo sunt quatuor qualitates tāgibiles
reducte ad mediū et maxē in corpore aialis. s̄z
nō reducunt ad vnuī subim quod sit genus p̄mū
illarum contrarietatum. non enim posset
assignari genus proximum ad quod reducunt
calidū frigidū humidū et siccū. omnes
autē contrarietas perceper a quocunqz sen-
su reducuntur ad vnuī genē p̄mū. Pz iguit̄
qz sensus tac̄ est vnuī materialiter. sed p̄t̄ es
formaliter. Et hoc etiā p̄ a signo. nā si p̄ totum
corpus gustaremus sicut p̄ totū corpus tāgimi-
nibolumus gustus ēt̄ dūt̄ct̄ a tactu secundū
rōem et formā. sicut nunc ē dīcedū ppter diuer-
sitate obiectorū. et tñ gustū et tac̄ viderēt vnuī
sensus. s̄z qz solū gustamus p̄ lingua et p̄ omēs
ilbos tāgimus. id manifesta ē divisionē p̄ gustū et
tactu. similiter etiā qz p̄ totū corpus p̄cipimus
vnuī genē tāgibiliū viderē nobis qz tac̄ sit
vnuī sensus tāgibiliū vntatē et iduisionē organi
s̄z materia. et tñ plures formaliter vt dīcū est
iguit̄ p̄solutio p̄me dubitationis.

Dubitatur secundo. Utrum
caro sit organū tactus in aialibus habentib⁹
carnē. tñ nō habentib⁹ aliquod propoſtio-
nabile carni sit etiam organū tactus.

Liber secundus.

Et arguitur sit caro. quod ad tactum carnis statum tangitur et sentimus tangibilia. genitivus caro est organum tactus. Pro dubio sciendum est quod caro non est organum tactus. sed est medium intrinsecum et gnale in sensu. et se habet caro vel aliquid proportionabile carnem ad sensum tactus sicut aer et aqua ad sensum visus et olfactus. si non aer circumdat nos esset organum nostrum nobis videtur nobis quod ille aer esset organum visus auditus et olfactus cum sit medium et videtur uno organo uno sensu sentire sonum et odoratum. et ita videtur nobis quod unus auditus et olfactus essent unus. propter quod illud medium distinguunt a nobis. id manitemur est quod non est organum. aer enim est aqua et gnaliter quodcumque corpus simplex non potest esse pars corporis animalis. et enim omne corpus animal est futurum ut possit consistere modo aer et aqua sunt corpora simplicia. et ita ex ipsis pure non consistit corpus animal. et ita etiam quod corpus animal sit mixtum ex terra aere et aqua cuiuslibet est caro quod est medium conformatum gustus et tactus. et non organum. nunc illud inductum ad probandum oppositum est sufficiens signum. quod si aliquis extendet supra carnem aliquam pelliculam aut telam subtile statim cum tangeret illa pellicula sentiretur. et tamen constat non esse in illa pelle. et si pellis illa fieret nobis naturalis citius per ea sentiremus. quis igitur ad tactum carnis que est conformatum nobis statim percipiamus tangibilem. non sequitur propterea quod caro sit organum tactus. seu ivoile enim positum supra sensum non facit sensacum. et ita si caro esset organum tactus et apponeref inmediate aliquod tangibile supra carnem non sentiretur. et igitur quod caro sit medium tangibile et non organum. Tunc.

Ad rationes ante oppositorum

Ad primam R. quod sensus tactus est unus numerico dicimus quod soli sunt. scilicet sensus exteriores nubil tamen philibet aliqua esse eadem numero et subiecto et distincta secundum speciem et hoc modo. Ad secundam R. Ad tertium dicuntur quod aliqui sensus exteriores non sunt perceptui plurimi conformatum primatum primo et per se recte quilibet aliis a tactu est perceptuus tamen unus conformatum per se. sed quod in uno genere possunt esse plures conformatates post primam vel per modum subdivisionis vel per accidens. ideo unus sensus percipiens unam primam conformatatem sub illo genere potest accipere omnes conformatates contentas suo illa prima divisione per modum subdivisionis. et etiam potest accipere omnes conformatates per accidens reducibilis ad illam primam. sicut sensus conformatus percepit unam primam conformatatem immediate et tamen cognoscit etiam omnes conformatates perceptas per sensum particulares contentas sub illa prima conformatate. similiter visus percipiet alium et nigrum que sunt prima conformatia habent colorem percepit et pulchrum et turpe circa

colorum per accidens. nec propter hoc est plures sensus sed sensus tactus ut dictum est. est perceptus plurimum conformatum primatum que non potest in uno genere proxio. ideo tactus non est plures sensus. Sequitur textus. Dubitabit autem.

Queritur vicesimo sexto.

Vtrum inter tangens et tactum sit semper idem medium. Arguitur quod non. quod si sic sequeretur quod esset per se ipsum in infinito in corporibus tangibilibus et tactibus. non est fallsum. et probatur per contra. quod si captiatur duo corpora que se tangant vel viacant se tangere. aut ibi inter illa est corpus medium aut non. si non habetur intermedium. si sit medium aut inter illud medium et corpus est medium vel non. si sic habetur intermedium. et argueretur ut prius. et sic oportet dicere quod inter tangens et tactum non sit semper medium vel per se procedat in infinito. Z. sic illa dictum est tangere quorum extrema sunt simul. et inter quorum extrema nullum est medium. ergo inter tangens et tactum nullum est corpus medium. 3. arguitur ponatur manus in aqua manus tangit aquam et non per medium. igitur. 4. arguitur captiatur corpus durum et acutum ut stolidus et applicetur alteri corpori duro vel carnem. tunc manifestum est quod perforabit et penetrabit illud corpus. quod non esset si inter actionem stolidi ferri et corpus penetrabile esset medium. In oppositum est probatum in textu. Pro responsione.

Sciendum est primum. quod post probatum ostendit quod in sensu tactus requiritur medium intrinsecum et naturale quod est caro. inter omnia quod euia tactus quandoque immutat per medium extraneum. Pro quo.

Sciendum est Secundo. quod cum omnem corpus habeat tres dimensiones illa corpora non tangunt se immediate que habent aliquod corpus medium. humiditas autem est quedam qualitas que non est sine corpore in quo est. et ideo si sunt corpora existentia in aqua que habeant extrema per que tangunt humida. etiam quod inter illa sit humidum vel humectatum. et ita quod sit corpus medium. Ex hoc patet.

Conclusio responsiva. Inter quaeque duo corpora dura se tangentia sive in aere sive in aqua est corpus medium. Probatur primo de aqua. quia corpora que se tangunt aqua sunt humida vel humectata. sed humiditas non est sine subiecto corporeo. ergo necesse est inter illa corpora esse subiectum. quod non potest esse superficies sola sine corpore. ergo oportet esse aquam medium. et similiter probatur de aere. quod aer est subtilior quam aqua. ergo semper oportet inter tangens et tactum aerem mediare. Ex quo patet quod tactus conuenit cum aliis sensibus

De anima:

in hoc quod est habere medium extraneum h[ab]et nobis lateat eo quod tangibile est magis propinquum tactui & alia sensibilia. et etiam h[ab]et nobis magis lateat quod sit medium in aere & in aqua eo quod semper sumus in aere. sicut etiam latet aialis habitatio in aqua mediare aerem que est subtilior aqua et minus perceptibilis.

Sciendum est tertio. quod gustus et tactus differenter immutant per medium extraneum et alii tres sensus. quod medium extraneum in visu auditu et olfactu se habet actius. propterea immutatum a sensibili immutat sensum. sed medium extraneum in tactu non se habet actius. sed simul immutat ipsum extraneum et ipse tactus quemadmodum percipit per clipeum simul percipit cum clipeo. non enim percipit clipeus. ut percipiatur clipeatus sed simul clipeus et clipeatus. Sed ilitaret aliquis. quod prius ordine naturae tangit clipeus & clipeatus. quod simul non percipiuntur. Item per prius in tempore medium extraneum humectat & organum tactus percipiat calorem aut hunc ditatem. qualitates enim tangibles immutant medium realiter quodcumque potest esse sine successione. in visu autem nulla est successio y. non simul immutant. ergo differentia assignata inter illos duos sensus scilicet tactus et gustus & alios tres sensus non est aequalis. Ad hoc dicimus quod quando dicitur quod simul immutatur medium et organum gustus et tactus. intelligendum est quod si simul tollit et remonet ordinem calitatis. quod in gustu et tactu immutatio medium non est causa mutationis organi. eo quod organum gustus & tactus potest mutari sine medio extraneo. et ita medium extraneum non de necessitate requiritur ad gustum et ad tactum. sed accidit gustui et tactui & immutentur per medium extraneum. quod tamen immutatur per medium intraneum prius tempore immutat medium extraneum & organum. ut prius arguebat. sed in visu auditu et olfactu immutatio medium extranei requireatur de necessitate. quod sine tali mutatione nullo modo potest fieri sensatio in ipsis et sensus. et ita in ipsis non simul immutatur medium extraneum et organum sensus. ut si simul excludatur ordinem calitatis tactus in visu enim immutatio medium extranei est causa mutationis visus. et tamen simul tempore et non natura immutat medium extraneum et organum visus. Propter ergo qualiter diversimode requiritur medium extraneum in gusto et tactu et sic de aliis sensibus. sed in gusto et tactu medium intraneum quod est caro vel aliquid proportionale carni in non habet tantum carnem se habet actius. et est de necessitate. et prius causalitate immutatur & gustus. sicut dictum est de medio extraneo respectu aliorum trium sensuum et ita caro est medium gustus et tactus sicut extraneum medium est vere medium aliorum sensuum.

Dubitatur primo. cur sensus tactus invenitur in qualibet corporis aialis.

et non alii sensus. sed quod causa est. quod tactus percipit ea in quibus cōsiliit vita aialis et etiam placuit vita aialis. id natura ordinavit quod tactus esset diffusus per totū corpus ut quilibet aialis possit percipere et sentire suum corruptum. ordinavit etiam natura quod ipsum medium tactus esset non coiunctus. ut efficacius sentiremus noctua.

Alii vero sensus sunt de binis esse et discerant ea quod non statim concupiunt aialis. id non oportuit quod essent diffusi per totū corpus.

Dubitatur secundo. Utrum

Organum tactus sit calidum frigidum humidum aut siccum. Arguitur & sic. quod organum tactus est pars aialis quod habet corpus proprium ex quatuor elementis. Oppositum atguitur. quod sensus debet esse denudatus a suo sensibili. ergo cum tactus percipiat qualitates sensibiles omnes & nullam habeat in actu. Ad dubium respondet quod organum tactus non potest esse oīno denudatum a qualitatibus tangibiliis sicut arguebatur. Denudatus tamen ab ipsis tantum est possibile. quod organum tactus consistat in quadam medietate tangibiliū. et ita denudatum ab excellentiis qualitatibus tangibiliū. ideo tactus est in potentia ad tangibilia sicut medium est in potentia ad extrema. Ex quo sequitur quod cum homo sit temperatissime plenus qualitates sensibiles tangibiliū sunt maxime reducte in eo ad medium et ideo homo habet optimum tactum. Ex quo sequitur viderius quod tactus non percipit eaque calidus aut eaque frigidus sicut est suum organum. quod sensus debet esse in potentia ad suum sensibile. sed percipit excellentias qualitatibus tangibiliū. sicut enim aliis sensibus sunt omnino denudati a suis sensibiliis. ita omnes & tactus sit denudatus ab excellentiis qualitatibus tangibiliū ut posset ea percipere.

Dubitatur tertio. Utrum

Aqua possit tangi sive etiam aer. Circa hoc ad uertendū est & Lomentator. Aueroys dicit quod corpora nostra non possunt immutari a qualitatibus elementaribus. et cām assignat. quod cum medium sensibili debet esse denudatum a sensibus. et aer et aqua sunt media tangendi ut probatum est. omnes & aer et aqua denudent a qualitatibus tangibiliis a nobis. ita dicit Lomentator quod solum possimus percipere per tactum qualitates tangibiliē corporis mixtorum et non simplicis. Dicit Z. quod si non potest fieri ignis frigidus igne manente. ita nec aqua potest fieri calida aqua manente. Dicit enim quod in aqua sunt corpora subtilia in quibus recipiunt caliditas. id videtur nobis aqua calida. sed in ipsis duobus est defectus. Quod patet de per quod corpora nostra sibi se habent ad motum et ad locum naturalē sicut elenta i. eis dominatia. sed unius elementum patitur ab alio. ergo etiam corpora nostra possunt pati ab elementis.

Liber secundus.

Item nota quod est in potentia potest transiri ab eo quod est in actu. sed corpora nostra cum consilunt in quadam medietate tangibili sunt in potentia ad excelletas tangibili. ergo possunt immutari ab ipsis. et per nos magis immutari ab elementis quam habent in quadam excellentia qualitates tangibles quam a corporibus mixtis que habent eas in esse remissio. hoc etiam est contra experientiam et iste Averrois proteruit quia nesciuit distinguere inter elementa ut sunt contraria et ut sunt se inimicem continentia. Dicit enim Thomas quod elementa possunt considerari duplicitate. Uno modo secundum eosque qualitates activas et sic contrariantur. Alio modo quantum ad formas substanciales quas habent et consequuntur a celo primo lo cante. et isto modo superius elementorum locat inferius. et quanto elementum propinquius est celo tanto plus habet de forma et est potentius et locutius. Sicut secundum dictum suum est falsum quia cum ignis inter elementum est forma superior. ideo non dicitur transire sensibiliter ipso manente. quia statim ad alterationem sequitur corruptio. aer et aqua transire possunt que sunt elementa grossiora. cum autem aqua et ignis corruptantur necesse est ipsas prius disponi ipsis manentibus quam corrumphi. Dicendum ergo ad dubium quod aer et aqua possunt tangi a nobis sine alio medio extraneo. sicut patet per experientiam nec sunt aer et aqua medium tactus ut necessario requisita ad tactum sed sunt medium accidentale. id possunt se habere in ratione obiecti.

Dubitatur ultimo Quid est obiectum tactus. Dicitur quod est tangibile quod dividitur in quatuor qualitates tangibles primum et per se. que sunt calidum frigidum. humidum. et secum. Probatur etiam sicut probatum est de visibili in ordine ad visum. nam sicut visus est visibilis et non visibilis. ita tactus est tangibilis et non tangibilis. et sicut invisibile dicitur multipliciter ita et intangible. Ex omnibus primum quid sit tactus quid medium quid organum. et quid obiectum.

Ad rationes ante oppositum
Ad tres primas primum solutio ex dictis. Ad quartam dicitur quod cum filius ferreus perforat aliquod corpus durum in aere vel in aqua oportet ut inter latitudinem penetrantis et penetrati medietas aer vel aqua. quod nisi esset medium non fieret perforatio. non oportet tamen quod punctum corporis penetrantis et penetrati tactus enim est super faciem et non punctorum aut linearum. Sequi in textu. Oportet autem medium universaliter videlicet.

Queritur vicesimo septimo.
Utrum sensus sit susceptivus specierum sine

materia. Et arguitur quod non. quia sensus cognoscit rem singulariter. sed res non potest singulariter cognosci sine circumstantiis materie. circumstantie autem iste sunt aliquid materie. ergo sensus cognoscit cum materia. 2^o forma sensibilis potest immutari secundum esse intentionale. ergo et secundum esse reale. Anima tenet. quod maioris virtutis est esse intentionale quam esse reale. 3^o si scinderetur nervus tacitus non plus ledereatur quam si scinderetur sola caro. ergo sensus non est receptivus specierum sine materia.

In oppositum est tertius. Pro responsione.

Sciendum est primo. quod post Aristoteles egit de proprio sensibili cuiuslibet sensus in particulari. Inter agit de ipso sensu preponendo quedam generalia omnibus sensibus. Et quia sensus potest ad duo comparari scilicet ad obiectum et ad organum. ideo sunt duo generalia cui libet sensui. quorum primum sumitur ex parte obiecti. scilicet sensus est susceptivus specierum sine materia. Et secundum sumitur respectu organi scilicet quod sensus est eadem potentia cum suo organo. Differunt tamen ratione. quia alia est ratio organi. et alia potentie. Nam potentia est forma et actus organi. et organum est materia. cum enim sensus cognoscat singularia necessario indiget organo sibi proportionario.

Sciendum est secundo quod Organum consistit in quadam proportione comprehendibili requisita ad hoc quod sensibilia percipiatur. et quia excellentia sensibilium potest solueri illam proportionem quando motus sensibilis fortior est quam organum possit pati. ideo excellentia sensibilium potest corrumper organum sensum ut cum aliquis fortius percudit cordas instrumenti solvit melodia que in quadam proportione consistit. Ex dictis patet quod plantae non sentiunt licet habeant anima et pavant a tangibilibus. nam in plantis non est illa proportione que requiritur ad organum sensus. qui non habent mediate complexiones inter sensibilia quam requirit tactus sine quo nullus potest esse et sic plantae non habent sensum. patiuntur tamen a sensibilibus secundum naturalem transmutationem. quia qualitates tangibles habent esse materiale in ipsis sicut in elementis. et sic patiuntur a tangibilibus. et tamen a gustabiliibus non ut gustabilitia. sed ut tangibilitia. Vis suppositis potest.

Conclusio responsuua ad quod. Sensus est receptivus sensibilium sine materia. non tamen sine conditionibus materie. Patet primum. quod sicut cera recipit formam sigilli. ita sensus speciem sensibilis. sed cera recipit formam sive gilli sine materia pura sive auro vel aliis. ergo sensus

De anima.

recipit species sensibiles sine materia rci sensibiliis. Secundum patet. quia sensus cognoscit singulariter. ergo cum conditionibus materie que sunt esse hic et nunc. Sed contra illud argueat aliquis. nam recipere formam ab agente sine materia conuenit omni patienti. patiens enim recipit ab agente secundum quod agens est. agens autem agit per suam formam. ergo paciens recipit formam linea materia. ut aer recipit formam ab igne. sed non materialia. ergo non est proprius sensus recipere species sine materia. R. Quid licet coe sit omni patienti recipere formam ab agente hoc tamen sit differenter. quia quedam recipiunt illas formam realiter et per se materialiter. Alia recipiunt formam intentionaliter solum. et talia patientia dicuntur recipere formam sine materia quia non recipiunt sub tali esse materiali quo prefigit in agente. Ex dictis p3 qd sensibile ipsum supra sensum non facit sensationem. patet quia cum sensus recipiat species sine materia requiritur modus in quo fiat spiritualis ratio ipsius speciei. ymaginandum est enim qd species sensibilia immaterialior est in potentia qd in medio et in medio qd in obiecto.

Dubitatur primo. Utrum non habens sensum possit pati ab aliis sensibilibus et tangibiliis. et gustabiliis. et a calore socio et odore. Et arguitur qd non. quia oē quod patitur ab odore h3 olphatum. qd proprium est odoris facere olfatum. sed non habens sensum tactus non olphatus. ergo non patitur ab odore. 2º lumen tenebra sonus et odor nihil faciunt in corpore inanumato nisi forte per accidens propterea corpora habentia istas qualitates aliquid agunt sicut aer in tonitruis et vehementia motus frangit arbores. et sic patiuntur arbores a sono. non per se sed ab aere moto. R. secundum textum. primo. quia corpora inanumata patiuntur a tangibiliis et gustabiliis in quantum tangibilia sunt. p3. quia nisi ab ipsis patieretur non possent alterari a quocunqz alio cum qualitates tangibles sunt qualitates actiue mediatis quibus fit talis alteratio. Dicitur secundo qd ab aliis sensibus paciuntur quedam inanimata. non tamē omnia. sed solum quedam determinata. ut aer et aqua que sunt humida et bene divisibilia. Quod autem aer paciatur ab odore manifestum est. nam aer quādoqz ab odore fetet. Verumtamen non tantum patitur ab ipsis sicut a tangibiliis vel gustabiliis. Luius ratio est. quia tangibilia sunt cause aliorum sensibilium. ideo plus habent de virtute actiua et possunt agere in quocunqz corpora. Sed alia minus habent de virtute nec possunt agere nisi in corpora valde passibilia. Ad obiectio[n]es dicitur qd nihil patitur ab odore

passione intencionali que dicitur sensatio. nisi habeat olfatum. nec illo modo aer patitur ab odore. sed tantum patitur ut sit sensibilis.

Ad rationes ante oppositum

Due prime soluuntur ex dictis. Ad tertiam dicuntur qd in nemo tactu est caro coniuncta per quam fit sensatio et sine qua non fieret. tamen est magis lesio quando scinditur nervus et caro qd si caro tātum. et non fit sensatio in illa parte i qua scinditur nervus propter realem presentiam sensibilis sed in parte distantia. Et hec de questione sequitur in texu. Quod autem non fit sensus. r3.

Ep̄m libri 31

3. l. hic incipit p

Queritur vicesimo octauo.

Utrum sunt tantum quinqz sensus exteriores scilicet visus. auditus. gustus. tactus et olfactus.

Et arguitur qd non. qd sicut se habet intellectus ad intelligibilita ita sensus ad sensibilia. sed pro omnibus intelligibilibus tantum ponitur unus intellectus possibilis. ergo pro omnibus sensibilibus tantum debetponi unus sensus.

2º species non dividuntur contra suum genus sed gustus est quidam tactus. ergo non sunt quinqz sensus. 3º sensus est cognositus accidentium. sed plura sunt accidentia qd quinqz. ergo plures erunt sensus qd quinqz. 4º diversitas per se obiectorum variat potentias. sed magnitudo et figura sunt sensibilia per se et etiam diversa. quia plus differunt qd color et sonus. gº non tantum sunt quinqz sensus exteriores. In oppositum est textus. Pro responsione.

Sciendum est primo qd post

qd Aristoteles ostendit aliqua generalia omni sensui. Inter inquit in speciali numerū sensuum et secundū sanctū Thomā hic incipit tertius liber Aristotelis. quia hic incipit invenire distinctionem intellectus a sensu. et ut dicit sc̄tus Thomas sic invenitur intitulatō apud grecos. secundū autem Egidium de Roma et Albertum liber tertius incipit ibi. Quoniam autē duabus differentiis. quia ibi Aristoteles incipit agere de intelligibili post qd in secundo egit de sensu. h3 secundum modernos liber tertius incipit ibi. De parte autē anime qua cognoscit. Sed ut dicit Egidius ista difficultas est modice utilitatis ideo relinquenda est. Pro supposito ponitur.

Conclusio responsiva ad qd

Tantum sunt quinqz sensus exteriores capiendo tactum pro uno sensu. p3 ex parte organorum nam quicquid habet organa quibus nata sunt cognosci omnia sensibilia cognoscit omnia sensibilia et econtra. ut habens organum tactus

Liber secundus

sensit omnia tangibilia, et ecōtra qui sentit oia tangibilia babet organum tactus. sed omne al pfectum babet oia organa quibus nata sunt cognosci omnia sensibilia nata cognosci per illa organa. sed q̄ sunt quīque sensitibilia dulicta que cognoscuntur ab animalib⁹ pfectus. ergo solum sūt quīq̄ organa et quīq̄ sensus. minor p̄batur quia organa proportionantur mediis. ḡ si nullum medium deficit animali pfecto etiā nullum deficit organum. sed sibi nullum deficit mediū quo natum sit sentire. quod pat̄ q̄ vel tale mediū est actu pars corporis et tūc nō deficit animali pfecto alias non esset pfectum.

Vel illud mecum est extrinsecum et tunc est aliquod elemētor̄. sed ignis non potest esse medium a ieiunis sensus quia est minime passiuus neque terra p̄p materialitatē quāvis per mixtionē maxime aproprietatē tactui. ergo relinqnitur q̄ tātūz aer et aqua possunt esse media extē seca sensuum. sed nos habemus unum organū qdē de natura aeris proportionatum auditui. et aliud de natura aque proportionatum visui. ḡ per illa organa recognoscim⁹ aliqua sensibilia que deficiuntur per illa media. scilicet colores et sonos. Etiam habemus aliū sensum cuius organum in aliquo proportionatur aque et in aliquo aeri s̄z diversitatem animalium. ergo nullum medium neque intrinsecum neque extrinsecum deficit animali pfecto. et per sequens nullum sibi deficit organum. et per cōsequens neque aliquis sensus. Sed tātūz habemus quīque organa ergo tātūm habemus quīq̄ sensus exteriores. vnde quāvis aliqua animalia perfecta careat visui ut talpa. tamē adhuc ipsa videtur haberē oculos sub pelle ut assimiletur suo generi. sed quia habitat in terra ideo nō fuit necesse q̄ habeant visum et oculos disocertos. quia terra ipsas offendet. Item posset probari numerus sensuum et parte obiector̄ et etiā ex parte medioz que probationes cōsiderant satis patere possunt.

Dubitatur primo. Utrum pro sensib⁹ cōmuniū oporteat ponere eis unū sensum appropriatum. Pro dubio supponit q̄ dupliciter aliquid sentitur per accidens. scilicet quia per se sentitur ab unico sensu et per accidens ab alio. vel quia a potentia superiori percipitur scilicet intellectu ut cleonis filius per accidens sentitur in quantum est albus. Tunc responderet ad dubium q̄ pro sensibus cōmuniū nō oportet ponere aliquā sensū eis proprium quia proprium sensibile unius sensus nō sentitur ab alio nisi per accidens. ergo si esset unus sensus prius sensibilium cōmuniū nō sentiretur ab alio nisi per accidens qdē cōtra rationē sensibilis cōis-

Dubitatur secundo: Quare habemus plures sensus et non unū tātū. Et textus q̄ est iō q̄ nō lateat nos differentia sensibiliū cōmuniū a propriis. nam si unico sensu sentiremus omnia sensibilia. vt per visum visderemus magnitudinem et colorē nesciremus distinguere inter illa et uo. quia per se inuicem sentim⁹. q̄ nihil videtur nisi sit magnū et etiā coloratu. sed etiā ista differētia est nobis manifesta. q̄ per aliquā sensum percipimus magnitudinem quo non percipimus colorē.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicit q̄ intellectus est immaterialis et percipit suum obiectum in esse uniuersali. ideo unus existens potest habere proportiones ad omnia intelligibilia. sensus vero est potētia organica et percipit suum obiectū ī esse particuliari. et quia unus sensus non potest esse proportionatus ad omnia sensibilia ī esse particuliari cū babeant modos particulares disparatos et unus sensus non percipit nisi ea que sunt proportionata organo eius. id est plures sensus

Ad secundā p̄ solutio ex dictis. Ad tertiam dicitur q̄ non omnia accidentia sunt per se sensibilia. s̄ sole qualitates de tertia spē qualitatis a quibus alterantur sensus et etiā corpora inanimata. Ad quartā dicit q̄ illa sensibilitas cōmuniū non alterant sensum per se primum. s̄ h̄c sensibilis proprii et per alterū. ideo distinctio eorum non facit distinctionem sensuum. Et hec de questione. Sequitur textus. Quoniam autem sentimus. ic.

Queritur vice simonono.

Sciendum ē primo Q post p̄hi losophus presupposuit ea que necessaria sunt ad presentē cōsiderationē de ipsis virtutib⁹ sensiti vis. & sequēter accedit ad principale p̄positum applicādo cōsideratiō es sensus ad corporalia. & primo ad organa & deinde ad obiecta.

Sciēdū ē secundo Q antiqui philosophi dicebāt sile a sil cognosci. ideo p̄nebant aiam esse cōpositā ex principiis omnium reū. s. ex quatuor elementis ut cognosceret oia quia igit⁹ sensus cognoscant oia corpora sensibilia nitescantur adaptare organa sensuum singulis elementis. Sed q̄ sunt quinq⁹ sensus exteriores & tantū sunt quatuor elemēta. habebāt difficultatem cui possit adaptari organu quinq⁹ sensu. ideo dicebāt q̄ est quoddā corp⁹ medium inter aerē & aquā. aere densius. & aqua subtilius. cui adaptauerūt organu olfact⁹ & organa alioq⁹ sensuum attribuebāt quatuor elementis. s. attribuebant tactū terie. & gustū aque q̄ sapor sentitur per humidū. auditum acri. & visum igni.

Sciēdū ē tertio Q antiqui ad ponendū organum visus de natura ignis mouebantur ppter primā rōne an oppo⁹. Unū i hoc pueniebant plo & Empedocles & ponebant organu visus esse de natura ignis & visionē fieri per emissionē ignis extra ab oculo. yimaginabatur enī Empedocles q̄ sicut quis volens ire de nocte ponit ignē infra lucernā vt ptegat a vētis & ab ipso igne i lucerne exīte mittunt radii luminosi per pelles lucerne p̄ quos radios videtur de nocte. ita dicit q̄ in fūdo oculi ē quodam lumen & ignis circūnolutus quibusdā pelli culis & tunicis vt ptegatur a nocuis exterioribus & ab ipso igne emittunt radii luminosi per quos videm⁹. Sed cōtra hoc arguit pbūs q̄ visibili p̄tē visui & visui debito disposito & applicato necesse ē visionē fieri. cum igit⁹ ignis sit visibilis per lumen suu & semp sit p̄ns ipso sequitur & oculus debet videre p̄ lumen suu ipso etiā q̄escente. Et bene sequit̄ secundū anti quos qui dicebant q̄ cognoscimus res nō per medium & per species sed per similitudinē naturalem ita q̄ cognoscim⁹ res q̄ aliquā aliquomō habemus eas. 2º improbat q̄ si sic videm⁹ mus sequeretur q̄ in tenebris deberemus vide resicut ex lumine luceme videm⁹ i tenebris.

Nec valet rū? Platonis q̄ illud lumen extinguitur in tenebris. q̄ lumen ignitū nō extinguitur nisi ab humido vel frigido que cōtrariātur calido & sicco ipsius ignis modo in tenebris nō semp est humidū vel frigidū. Unū cum secundū Platonē sunt tres specis ignis s. lumen flāma & carbo. & ignis sit naturaliter calidus & sic cus. non extinguitur ignis nisi ex frigido vel ex humido. & hoc apparet in carbonib⁹ vel in flāma. sed neutrū cōtingit in lumine quod nec p̄ humidū nec per siccum nec per frigidū extinguitur. Nec valet etiā si dicatur q̄ illud lumen nō contūpitur in tenebris sed q̄ debile est indiget fortificatiō ab exteriori lumine. q̄ cu mai⁹ lumen obscurat min⁹ tale lumē oculi maḡ cōseruaret i tenebris q̄ in die.

Sciendum est quarto q̄ Democritus ponit organu visus esse de natura aquae & in hoc cōmendaſ ab Aristot. Sed dicit vltierius visionē nichil aliud esse q̄ apparitiōes rei visibilis in oculo. Sz quo ad hoc improbat a phō. q̄ multa sunt in quibus videt̄ talis apparitiō q̄ nō videt̄ sicut speculuz. ergo ōz q̄ oculus videns habeat in se aliam causā visionis & ipsā apparitionē q̄ est in oculo ex eo q̄ ē corp⁹ politū. & alia causa est vir⁹ visua. Vis p̄tēsis sit.

Conclusio responsalis ad quē situm. Organu visus est de natura aquae a dominio. Probatur trib⁹ signis text⁹. Primum signum ē q̄ organo visus leſo & corrupto videtur aqua effluere continuo & discurrere quod significat humidū organu visus esse de natura aquae. Secundū signum ē q̄ in oculis embrionuz de novo formatis quasi retinentib⁹ virtuteſ sui principiū existit frigiditas & humiditas que duo sunt p̄naturalia aquae. Tertiū signum ē q̄ in aī libus habentibus sanguinez que possunt imp̄guari quedaz tunica alba & pinguis circumdat oculum preferuans organum visus a congelatione & in frigidatione. & in animalib⁹ carencib⁹ sanguine dura pellis circumdat oculum preferuans etiam ipsum aī congelatione. & hoc signum est q̄ infra pupillā est humidum aquatum. Quis tamen organum visus sit de natura aquae a dominio. tamen nō sit visio inquit ē aqua. sed secundū q̄ est quedam perspicuitas in eo que est communis aeri & aquae. Magis tamen est organu visus de natura aquae a dominio q̄ aeris propter duo. quia aqua est magis seruabilis a putrefactione q̄ aer eo q̄ ē magis spissa. Alia est causa quia oportet oculuz esse fixum quodammodo exterius. ideo operat organum esse de natura aquae vt magis resistat cōtrariis. nā aer est facilis corruptibilis

De Sensu et Sensato.

Equa non tamē organū visus est aqua sed tamē est quodāmodo de natura aque.

Dubitatur primo *Uñ apparz ille fulgor exiens ab oculo moto velociter vñ cōstricto i tenebris vel a palpebris vel oculis vela tis.* Rñdet Aristot. q̄ illius fulgoris causa est non ignis sed lenitas oculi. nā oia lenia in tenebris nata sunt fulgere sicut p̄ de squa mis quoādam piscium. cū igitur pupilla oculi sit lenis et polita emitit qndaz fulgorē qui p̄cipit ab oculo dū spumitur et celeriter mouet i tenebris vel qñ oculus est clausus si nō sint tenebre ita q̄ vnuz et idem est subiecto pupilla ful gens et videns. in q̄tū enī est fulgens pūcū ful gorē ad extra. sed in q̄tū est videns cognoscit fulgorē quasi respirēdo ab exteriori. cū igit̄ oculi us est quiescēs emissio fulgoris sit ab exterius et visus h̄mō fulgorē nō recipit ut possit eū videre. sed qñ oculus celeriter mouet illud nigre oculi transffertur ad exteriorē locū in quē pupilla emittebat suuz splendorē anq̄ ille splēdor deficiat. et ideo pupilla ad alii locū celeriter trāslata recipit splendorē suum quasi ab exteriori. ut videat eē aliud vidēs et visum q̄uis sit idē subiecto. et apparitio huius fulgoris non sit nisi oculus celeriter moueat. q̄ si tarde moueat prius deficiet impressio fulgoris ab exteriori loco ad quem fulgor pueniebat q̄ pupilla illuc pueniebat. Sz videt q̄ nulla celeritas motus ad hoc sufficit. q̄i quātū cūq; mot⁹ locū sit velox oportet tñ q̄ sit in tempore. emissio autē fulgoris ad p̄nitiam fulgoris fulgentis et ei⁹ celsatio ad ipsius absentiam sit in instanti. videatur impossibile q̄tūq; oculus celeriter moueat q̄ prius pertinetiat pupilla ad exteriorē locū q̄ cesset fulgor illuc pueniens ex pupilla in alio loco existente. Ad hoc rñdet secundum Alexandruz in p̄mento suo q̄ pupilla est quoddā corpus diuisibile in partes ideo celeriter moto oculo cum alia pars pupille sc̄ipt ad illū locū puenire ad hoc fulgor ille puenit et residuo corpore pupille q̄ nondū attingit locū iluz. et inde est q̄ pupilla incipit videre fulgorem quasi aliunde resplendēt. sic igitur patet causa illius apparentie et q̄ ppter hoc nō est dicendum organū visus esse de natura ignis.

Dubitatur secundo *Quare uno oculo non possumus videre sursum: et alio ideō sum.* Rñdetur q̄ a sensu cōi ad organa sē suum exteriorē p̄tenduntur quidā nerii. et cum sint duo oculi. a parte sinistra cerebri p̄cedit quidam nerius ad oculū dextrū. et a pte dextra cerebri p̄tendit alius nerius ad oculū sinistrū qui duo nerii se intersecant in uno punto. q̄ quidē punct⁹ interceptionis dicitur nerius obtusus rōne cuius interceptionis eadē res visa p̄

duos oculos iudicat vna et nō dñe. rōne etiam cuius interceptionis vbi unus oculus pertinet et mouetur alius tendēs versus eandem partēs cōuertitur et mouetur. et ita vbi flectit̄ unus oculus et alter. ideo non cōtingit unū oculū videre sursum et alium deorsum.

Dubitatur tertio *Quare oculo ali⁹ qualiter cōstricto acutius videmus et toto apto.* Rñdetur q̄ p̄ cōstrictionem oculi virtus visua et humor crystallinus adunatur. virt⁹ autē unita est fortior se ipsa dispersa.

Dubitatur quarto *Quare habēs unū oculū h̄z plus et medium visū.* Solutio patet et dubio in questione precedenti. q̄i virtus visiva que emittebat ad duos tota emititur ad unum.

Ad rationes factas ante op̄positū. Ad priam p̄ solutio per priū dul̄um. Ad secundā dicendū. oculus ē cōp̄cis̄tus ex quatuor elemētis. sed a dominiō ē de natura aque. Ad tertiam dicendū q̄ nō oportet et medietas tangibilium in organis sensuū sit p̄portionalis. et ideo unū elementū potest ibi esse predominans ideo r̄d. Sequitur in textu. Eius autem r̄d.

Queritur quarto *Utrūz vi* sio fiat extra mittendo vel intus suscipiendo.

Arguitur q̄ fiat extra mittendo. nam cum ali⁹ quis vult acutē videre constringit oculum. sed si deberet aliquid suscipere maxime deberet aperire oculos. igitur et cetera. Secundo sic oculi fatigantur in videndo. ergo videtur q̄ a liquid emituntur ab eis. Tertio arguitur sic Multa animalia ut catti lupi et noctivores vi dent de nocte. ergo oportet q̄ emitunt lumen et virtutem visivam. et per consequens ita est in aliis. Quarto arguitur. Basiliscus solo visu interficit homines et oculi mestrisarum polluit specula adeo q̄ in superficie speculorum aliquando appetit nubes languinosa. hoc autem fieri non posset nisi visio fieret extra mittendo. igitur et cetera. Ultimo. visio est quedam actio. ergo videns est agens sed omne agens et transmittit aliquam virtutem in patiens. ergo r̄d. Ad oppositum est Aristotiles in textu. Pro responsive.

Scienduz est primo *Oe* quidam antiqui sicut Empedocles et Plato dicerunt visionem fieri extra mittendo per hoc scilicet q̄ lu men vel aliqua virtus videndi emititur ab oculo ad rem visam vel medium. Differunt tamen Plato et Empedocles. nam Empedocles posuit lumen progredi ab oculo tanquam a lumen vsq; ad rem visam. Sed Plato posuit

De Sensu et Sensato.

lumen progredi ab oculo non quidē vsq; ad rē
vissam sed vsq; ad aliquod determinatū spatium
vbi coheret lumen emissum ab oculo lumini exte-
riori ratione cuiuscoherentie fit visio. Et prie-
missis sit.

Conclusio prima. Visio non
fit extra mittendo. Probatur qd; vel illud et
trahit solum esse corporeū, vel incorporeū, non
in corporeū cū incorporeū non possit moueri
localiter. ergo visio non fit per emissionē alicui
ius incorporei. Nec potest dici qd; sit corporeū
qd; tūc oculi vident um vsq; ad astra totaliter
consumetur per amissionem illius corporei.

Item sequeretur qd; plura corpora essent i eo
dem loco. qd; illud quod egredetur ab oculo
esset simul cum aere et cum aqua. Item tale
corpus emissum vel esset aer vel ignis. hec autem
duo corpora sunt subtilissima. non aer qd; satis
habundat exteriori. neq; ignis quia nos non
possemus videre in aqua. vel per aquam. ymo
etiam nō possumus videre nisi sursum cū iugis
semper moueat sursum naturaliter. Item
arguitur specialiter cōtra positionē Platoni.
Primo qd; cōiungi vel separari est propriū cor-
porum quoq; vtrūq; haber per se subsistentiam
non aut qualitatū que non sūt nisi in subiecto
cum igitur lumen non sit corpus sed sit quali-
tas primi alterantis nichil est dicere qd; lumen
adiungatur lumini. nisi forte corpus luminosus
adiungatur corpori luminoso. potest enim con-
tingere qd; lumen intendatur in aere per multi-
plicationem illuminantium sicut calor intendi-
tur per augmentum caliditatis non autem per
additionē. vt dicitur in 4^o phisic. Itē da-
to qd; vtrūq; lumen esset corpus non tamen esset
possibile qd; cōiungeretur adiuvice cūz non sūt
eiusdem rationis. qd; nō quodlibz corpus natū
est cōiungi cūz corpori. sed solū illa que sunt
aliqualiter homogenia. Item inter lumen
interius et lumen exteriorius intercidit corpus me-
diū scilicet tunica oculi. ergo non potest esse
punctio vtriusq; luminis.

Conclusio secunda. Visio fit
intus suscipiendo. Probatur. nam color ac-
tione proprie forme diffundit se per species in me-
dio actū dyaphano vsq; ad organum visus.
quod etiam est intrinsecus dyaphanum et illu-
minatum actū mediante quibus speciebus im-
mutatur sensus specialiter et alteraf. et p. hoc qd;
in organo est virtus visiva completur visio. ergo
visio fit intus suscipiendo. Antecedens patet
nam color est motus dyaphani secundus actū
ratione luminis quod est propria forma coloris
ut satis patebit in 2^o de anima. quod autem or-
ganum visus sit intrinsecus dyaphanum et illu-

minatum et possit recipere species colorum patet
per quoddam signum positum in textu. Nam
quibusdam qui in pugnis fuerunt vulnerati cir-
ca tempora acciderunt tenebre. abscessus enim po-
ris qui pupillam continuant in principio visu-
uo tenebre sunt per visus emissionem ac si lu-
cerna extingueretur. pupilla enim est sicut ques-
dam lampas illuminata ab exteriori lumine. et
ideo quando scanduntur pori continuates pu-
pillas principio visuuo non potest lumen conti-
nuari huiusmodi lampadi vsq; ad visuū prin-
cipium. et ideo visus obscuratur. Ex predi-
ctis potest inferri qd; visio habet fieri per pyramidem
radiosam cuius basis ē in re visa et conus
est in oculo secundum cuius coni quantitatē
res visa appetit maior vel minor in signum cuius
res visa a maiori distantia appetit minor. quan-
to enim res magis distat ab oculo tanto mino-
ratur conus pyramidis. Patet ulterius qd;
visio non fit per motum localez nec visibilē nec
videntis ut ymaginabantur antiqui sed soluz
est ibi modus spiritualis alteratiōis. Sed mo-
uentur quedam parva dubia.

Dubitatur primo Quare ē
qd; antiqui dixerunt visionem fieri extramitten-
do et conuerso dixerunt in aliis sensibus. dico
runt enim in aliis sensibus qd; sensibilia veniūt
ad sensum. Rūdetur qd; hoc est propter spiri-
tualem immutationem quam facit color in me-
dio et organo que nō est sensibilis sicut ē in ali-
is sensibus. Nam manifestum est ad sensum son-
num venire ad auditum. et fumalem evaporationē
ad olfactum. manifestū est etiam tangi-
bile et gustabile agere in sensum actione sensi-
bili. Sed hoc non est manifestū de colore. et qd;
videbant quandā fulgores emitti ab oculis. vt
dictum est in precedenti questione. g. 7c.

Dubitatur secundo Quare
est qd; virga ignita in extremitate celeriter mota
videtur facere quandam circulum continuum
aut basim pyramidis continuam. Rūdetur
qd; causa est quia non iudicamus res sentire
nisi per actionem sensus communis et ita ope-
rat qd; res sensibiles in exterioribus sensibus pre-
sentatur ad sensum communem anteq; fiat iudi-
cium. et ideo illa virga cūz velociter mouetur
pruis est in alio situ qd; sensus iudicet de ea secū-
dum qd; est in precedenti situ. ideo sensus iudi-
cat ibi continuatatem et lineam continuam.

Dubitatur tertio Quare cor
pora polita et tesa reflectunt lumen et faciunt
fulgorem et splendorē. Respondeatur qd;
corpora polita sunt corpora lenia et ita partes non
obumbrant se in unicum sicut est in corporibus

De Sensu et Sensato:

asperis. oportet tñ ad hoc q̄ faciat fulgorē vel splendorē q̄ sint terminata ne species vltius p̄cedat. et ideo in speculis vitreis interius ponit plumbū vel aliquid terminatum ut appareat ibi similitudo rei.

Dubitatur quarto Quare ē q̄ cū aliquis diu fuit in tenebris ex cecis qñq̄ vidēs do res albas immediate post educationē de tenebris. Rñdetur q̄ hoc ē ppter magnā actu alitatē albedinis quā b̄z rōe lucis inclusi in ea

Dubitatur quinto Quare ē q̄ a liquis exīs in navi mota in aqua iudicat mōtes arbores et terā moueri. Rñdetur q̄ causa est q̄ p̄ hoc quod mouetur in navi etiā recipit in alio et alio sūm species reꝝ visibilium. idō moto organo in quo species reꝝ visibiliū recipiunt. iudicatur res visa moueri nichil enī differt visibile vel visū moueri quo ad indicū de motu visibilis. Et ex hoc patet solutio alterius dubii. quare appetet eb̄:us oīa moueri q̄ vidēt et etiā se mouentib⁹ circulariter. q̄ in autētib⁹ et in eb̄:is ascēdunt fumi calidi a stomacho ad cerebꝝ frigidū a quo ingrossantur et descendunt ad organū visus et per alios meat⁹. et ita ibi cōtinue mouentur et ppter hoc appetet eis ea que vident moueri.

Dubitatur sexto Quare quedā aſlia vidēt de nocte et alia nō. Rñdetur q̄ ūla q̄ vident de nocte nō vident vsq̄ ad magnā distantiam. sed solūz vidēt de prope. p̄t sufficit eis ad capiendū nutrimentū. et hoc ē q̄ oculi ūow̄ sunt magis politi et terti et etiā plus habēt de igne in sua positione q̄ in aliis aīalibus. idō oculi eoz emittunt fulgore sufficiētē ad illuminandū mediū vsq̄ ad certam distantiam.

Dubitatur septimo Quare hūtes grossos oculos ceteris parib⁹ hūt petorē visuz. Rñdetur q̄ radii visuales venientes ad oculos grossos disperguntur et min⁹ vniūnt q̄ in oculis paruis. et ita fortius mouent in oculis paruis q̄ in grossis ceteris paribus.

Dubitatur octavo Quare baculus exīs in aqua p̄ media pte et p̄ alia media p̄ te extra appetet fract⁹ in cōtactu superficie aque et pars q̄ est in aqua appetet grossior. Patet tñsio ex 3º libro metheoroz.

Ad rationes ante opposituz
Ad primā dicendū est q̄ cū volumus videre a liqua multū lucida constringimus oculos ut minus offendantur p̄ excellētiā visibilis et etiā species visibles magis vniūntur in oculo.
Ad secundaz dicitur q̄ fatigatio accidit in oculo ex consūptione spūum cuius l. deficiunt spūs q̄ mittebant a corde etiā accidit per hoc q̄ oculi

patiunt ab extētorib⁹ sensib⁹ etiā passione corruptiva. Ad tertiam p̄ solutio ex dictis quis enī bñdī animalia emitant fulgorē vel lumen tamen visio non sit in virtute talis emissionis sed per hoc q̄ species visibiles recipiunt mediante illa illuminatione. Ad quartā p̄ solutio et alias dictis i libro de aīa dicit. n. ibi talia etiā habere humores venenosos i capite qui exēunt per oculos ppter eoz raritatem et inficiunt aerē primum qui interficit homines vel polluit corpora munda. Ad ultimaz dicitur q̄ visio non est actio transiens in materiam extēriorem sed est actio immanens et.

Queritur quinto: Utrum

Organū auditū sit de natura aeris et organū olfactus de natura ignis. et organū gustus et tactus de natura terē. Arguitur q̄ nō q̄ si sic hoc esset. p̄ quāto simile simili naturaliter cognoscitur sed nullum simile simili cognoscitur ut patuit in libro de aīa. eo q̄ oportet potētiā in se habere oīa q̄ cognoscet et ita oportet organū vniū sensus ēē de natura oīm elemtoꝝ ḡ. et.

zº organū olfactus est de natura aeris vel aquae ut patuit in zº de aīa. ergo nō est de natura ignis. 3º gustus et tactus sunt sensus distincti. ergo debet habere organa distinctaꝝ naturaꝝ. Ad oppositū est Arist. in textu.

Pro responsione.

Sciendum est primo Q̄ nō fuit mens Arist. q̄ organa sensuum attribuerent elementis sed magis fuit secundū opinionē antiquorum philosophorum et ita Aristot. condescendens illis appropiatuit organa sensuum ipsius elementis. dicit enī organū visus ēē de natura aquae et organū audit⁹ de natura aeris. organū aut ē gust⁹ et tact⁹ de natura terē. Et si arguitur contra q̄ dictū ē in zº de aīa q̄ olfact⁹ est aeris vel aquae et q̄ ignis nullius est organum. autē oībus cōis. Rñdetur q̄ organū odorat⁹ duplē p̄t accipi. Uno⁹ secundū potentiam et hoc modo ē de natura aeris vel aquae. Alio⁹ secundū actū et hoc modo est de natura ignis.

Sciendum est secundo Q̄ organū audiū recipiēt spēs soni ē quoddā mīctū aerē i acre exīs inclusū ista tenuēz pelliculā ad quod pueniūt spēs soni et continuatur cūdā nemo in quo ē virt⁹ auditiva et ita organū audit⁹ ē de natura aeris a dñō ut faciliter possit immutari ab spēbus soni et de hoc satis determinatum est in zº de anima.

Sciendum est tertio Q̄ organum odorat⁹ dīz ēē in potētiā ad odorē sicut ē in aliis sensib⁹. odorat⁹ in actu p̄cipiat quodāmō calorē et naturā ignis et ita oīz q̄ organū olfactus sit potēta calidū. potētiā autē calidū ē actu

De Sensu et Sensato:

rigidū nō enī pōt eē in potētia ad vnum con-
ratiū nī secundū q̄ est actu suo altero perfecte
vel impfecte r̄ ita organū olofactus est actu fr̄i-
gidū r̄ humidaꝝ quēadmodū cerebū iuxta
quod sic natū est. ita aliqualiter eodemodo ē
de organo visus r̄ de organo olofactoꝝ. nā or-
ganū visus vt dictū est prius est aqueꝝ aqua
aut̄ est humida r̄ frigida. Sed contra hoc ar-
guit q̄ si sic videtur q̄ Plato conuenienter di-
xit organū visus esse de natura ignis secundū
actuꝝ sicut Arist. hic attribuit odoratum. igni
eo q̄ est potentia calidus. Rñdet q̄ organū
odoratus est aque in quaꝝ aqua ē in potētia
ad calidū ignis. sed organū visus ē aque in ꝑ-
tum est p̄spicua r̄ in potētia ad lumē. Sed q̄
etiam ignis est lucidus actu sicut r̄ calidus. p̄o
adbuc poss̄ alijs dicere q̄ organū visus pōt eē
de natura ignis. p̄ quanto est in potētia ad lumē

Ad hoc rñdet q̄ nichil p̄hibet visus attribui
igni secundū q̄ est lucidus eomō quo attribuit
odorat̄ igni in ꝑtuꝝ ē calid̄ r̄ sicc̄. h̄ Arist.
impbauit oppinione antiquor̄ ꝑtu ad hoc q̄
ponebat organū visus esse lucidū actu vt vi-
sio fieret extra mittēdo lumē ab oculo.

Sciendum ē quarto Q̄ organum
tactus attribuit terre r̄ iſ. ita organū gust⁹ qui
est quidā tact⁹ quod nō est intelligendum q̄ or-
ganū gust⁹ r̄ tact⁹ sit simpliciter terrenum. q̄
capillus r̄ ossibus nō sensim q̄ sunt maxime ter-
rea. Sed q̄ terrena maxime miscet r̄ dñat in orga-
nis illoꝝ sensuꝝ. cuius r̄ est q̄ organū tact⁹
ad hoc q̄ sit i potētia ad qualitates sensibiles r̄
tāgibiles oꝝ q̄ sit reductū ad medium qualitatū
r̄ q̄ terrena minus b̄z de virtute actua qua alia e-
lementa oꝝ q̄ ibi sit plus de natura eiꝝ secundū
quantitates. de hoc organo aut̄ gustus r̄ manifes-
ta est. Sicut enī organū odorat̄ dz esse aquae
vt sit in potētia calidū sine quo nō fit odorat̄
in actu. ita organū gustus dz eē terrenū vi sit in
potētia būidū sine quo nō est gustus in actu.

Sciendum est quinto Q̄ orga-
nū gustus r̄ tactus est iuxta cor cuius r̄ est affi-
gnat phūs q̄ cor est oppoꝝ cerebro h̄ siūm et
qualitatē r̄ etiā cerebū est frigidissim⁹ omnia q̄
sunt in corpore ita cor est calidissim⁹ inter ceteras
partes corporis r̄ ppter hoc sibi iniūcē opponit
secundū siūm vt p̄ caliditas cerebri tempe-
ret caliditas cordis. r̄ inde ē q̄ illi qui bñi pñū
caput h̄ p̄portionē ceteror̄ mēbroꝝ sunt impe-
tuosi tanq̄ calore cordis nō sufficierter verbe
trato per cerebū. r̄ eodemō illi qui excedunt i in
moderata magnitudine capitis sunt nimis mo-
rosi r̄ pigri q̄ calore cordis p̄ magnitudine ce-
rebri impedito. dz igitur organū tactus q̄ ter-
renū est eē principaliter i loco calidissimo corporis

vtp caliditas cordis frigiditas terre redit
ad temperiem. Nec obstat q̄ p̄ totū corp⁹ aīal
sentit sensu tact⁹ q̄ sicut ali sensus p̄ mediū ex
trinsecuꝝ sensuunt. ita tactus r̄ gust⁹ p̄ medium
intrinsecū quod ē caro. r̄ sicut visuꝝ principiū
nō est in superficie oculi sed intrinsec⁹. ita etiam
principiū tactuꝝ ē intrinsecū circa cor. quod p̄
eo q̄ lesio si accedit circa cor est maxime dolos-
rosa. nec tñ oꝝ dicere esse duo principia sensitiva
in aīali. vñ circa cor r̄ aliud circa cerebū vt
circa cor cōstitutū principiū tactuꝝ r̄ gustatiū
r̄ circa cerebū cōstitutū principiū audituꝝ visi-
uꝝ r̄ olofactuꝝ. nā principiū sensitivū p̄o
quidez ē in corde vbi est fons calorū in corpo-
re aīalis. r̄ nichil ē sensitivū sine calore. vt di-
ctuꝝ est in. z⁹ de aīa. Ideo a corde derivat̄ vis-
se. situa in cerebro r̄ inde pcedit ad organa tri-
um sensuꝝ. s. visus auditus r̄ odorat̄. tactus
āt r̄ gust⁹ referunt ad ipsū quodāmō p̄ mediū
cōūcum tñ vt dictū est. r̄ sic p̄ de organis. ex
precedeb⁹ p̄z tñ. ad q̄situ. h̄ mouēt dubia

Dubitatur primo Quare est q̄ tñ
aliquis odorauerit fortes odores aut sole inspe-
xerit per fenestrā postea sternutat. Rñdet
q̄ per odores fortes organū olofactus colectit
quez calorez frigiditas cerebri nitens expellere
causat sternutationem.

Dubitatur secundo Quare tact⁹
sentit calidū cum organū eius sit caliduꝝ. Rñ-
det p̄mentator q̄ tact⁹ non recipit qualitates
eiusdem intentiōis q̄ qualitate sui organi. sed
sentit excellentias qualitatū tangibiliꝝ a qui-
bus denudatus est. vt dictū est i. z⁹ de aīa.

Dubitatur tertio Quare cit⁹ quis
catillat sub planta pedis q̄ alibi. Rñdet
q̄ ibi est maior cōclusus venaz r̄ nervoz ips⁹
tactus q̄ alibi.

Dubitatur quarto Quare ē quod
reumatici nō bene audiūt nec vidēt nec bñi os-
dorant. Rñdet q̄ hoc est ppter habitudinā
humorū descendētiū et obstruentū meat⁹ viri-
um sensitivaz.

Dubitatur quinto Quare meli-
us audimus de nocte q̄ de die. Rñdet
causa ē q̄ in die sunt multi soni qui se inuices
impediuꝝ. sicut si multi lapides simul pūceren-
tur in aqua giroꝝ r̄ circulatio vñus impedi-
ret girationē r̄ circulationē alterius. sed de no-
cie est manus silentium r̄ ita vñus sonus nō im-
pedit alium.

Dubitatur sexto Quare ē q̄ si pon-
tur auris in uno cono ligni longi r̄ fiat son⁹ in
alio cono. illum sonū pfecte audiet q̄m cunqz

bñtes parva capita sūt
impetuosi. /

bñtes capita magna sūt tarda

De Sensu et Sensato.

sit g^o. R^undet q^o hoc ē q^o ille sonus procedit vnde per longos poros ligni z non dispergitur circumquaq^z.

Dubitatur septimo Quare tēpore calido z humido melius odoram⁹ q^o tpe calido z sicco. Dicit q^o nō est ppter meliorem dispositionē organi. sed q^o odorifera q^o sicco nō possunt fumare sed adueniētē hūditate cu^z calore spirat odores. R^unes facte aī oppo⁹ faciiter possunt solui p ea que dicta sunt.

Queritur sexto. Utrum difinitio colori in qua dicit color est extremitas perspicui in corpore termiato sit bñ assignata.

Arguit q^o nō. extremitas corporis ē quantitas. sed color nō est quātitas sed qualitas. ergo color non ē extremitas. z^o arguit corpora colorata nō sunt dyaphana nec perspicua. sed sunt termiata z separata. ergo male dicit q^o color est extremitas perspicui. 3^o vinum z aqua sunt corpora colorata z tñ nō sunt termiata. ergo male dicitur in corpore terminato. Ad oppo⁹ est Arisl. in texu. Pro r̄fusione.

Sciendum est primo Q^o post p̄hus applicauit considerationē de sensibiliib⁹ aīa lumen ad organa sensibilia p̄nt applicat ipsos s̄sus ad ipsa sensibilia que sunt obiecta.

Sciendum est secundo Q^o in libro de aīa determinat de ipsis sensibus pro quanto pertinent ad aīam inquantu^z scilicet sunt potente^z z partes potestantur anime. z de ipsis sensibiliib⁹ agitur in libro de anima. p̄t sentiuntur in actu id est sunt cu^z sensu in actu. Sed in isto libro determinat de ipsis sensibus z potentis se situis per p̄parationē ad organa z obiecta. Et determinat dic de sensibiliib⁹ secundū q^o nata sunt immutare sensus z ita determinatur de ipsis secundū suam naturā ostendendo quid sit vnu quodq^z sensibile. Et q^o de qualitatibus tangibiliib⁹ sufficienter determinat in libro de generatione. z de sono in libro de aīa. ideo ad hūc lib^z solum pertinet determinare de aliis tribus sensibus quid sit vnumquodq^z eoz secundum seipsum secundū q^o natū est facere sensu^z in actu scilicet de colore sapore z odore. Et primo quātum ad eius diffinitionem z hoc in presenti q^o stione q^o in sequenti questione videbitur de generatione speciez coloris z de differētis earundē

Sciendum est tertio Q^o sicut dictū est in libro de aīa lumen est actus dyaphani sicut color est actus corporis colorati termiati. q^o uis colorati hēat in se causā sui coloris. sed perspicuū nō h^z in se causā lumis. sed p hoc q^o aliud quod corpus lucidū adeat perspicuo efficiat lucidū. z per absentiā ei⁹ efficiat tenebrosh. h^z color

pmanet in corpore termiato sive dyaphanū sit. termiato sive nō. Quis color nō possit videri si ne lumine. z ita lumē est principiū formale coloris. Sed perspicuitas sive dyaphaneitas ē principiū materiae. q^o vnu quodq^z corp^o lumē recipit ratione dyaphaneitatis.

Sciendum est quarto Q^o quoddam ē perspicuum quod ē totaliter lumē repletum sicut est sol z ignis. z q^o secundū suā naturā p̄tī p̄tluce^z vt qdā corpora mixta que ppter pūtātem sui luis nō videt nisi de nocte. Alūd ē perspicuum q^o nō h^z lumē in actu. sed est susceptivu^z lumis p totū. s. in extremo z p̄fūdo z bīmō corpora dicit perspicua sive transparentia sive dyaphana. z talia sūt corpora celestia ppter corpora astrorū z ignis in propria regiō e qui nō habet lumen. ppter raritatem in materie z aer aqua. z quedā corpora mixta que habet habundantiam aeris vel aque sicut vitz z cristallū. Alūd ē corp^o quod est canū dyphani in superficie z tantū recipit lumen in superficie q^o exteriores ptes ppter suam grossitatem obumbrat interiores vt ad eas nō p̄ueniat lumē. Sic igit p̄z q^o quedā corpora sunt lucentia de se quedā sunt perspicua de se per totū z recipiunt lumen. Alia vero sunt opaca q^o non habent perspicuitatem nisi in extremo z taliā sunt corpora terrestria q^o sūt corpora colorata.

Sciendum est quinto Q^o quādo accidens diffinit in abstracto subiectū ponit in diffinitō eī p̄ modū differētiae obliquo. z id quod p̄tinet ad rōem accidentis ponit loco generis vt cu^z dicitur cūmitas ē nālī curvitas. Sed cu^z diffinit in concreto subiectū ponit loco generis z id quod ē p̄pū generis loco differētiae q^o igit color diffinit in abstracto id quod est p̄pū. 1^o p̄tior p̄ modū generis in diffinitō coloris. s. extremitas. Pro quo sciendum est q^o sicut corpora qdā sūt teriata q^o p̄pū terminis teriant sicut corpora tereltria. qdā autē sūt iterminata eo q^o non teriata terminis p̄pū s^z alienis. ita ē circa perspicuum. Quoddā n. ē iterminatum in se ipso q^o nichil h^z in se teriatum vñ ipsū videatur. Alūd autē ē terminatum q^o aliqd h^z in se ipso terminatum vñ videatur. p̄pū teriatio^z perspicuum g^o iterminatum ē susceptiu^z luis cui⁹ nālī ē vt nō solū suscipiat in extremis s^z p totū. ip̄m autē perspicuum q^o significat qualitatē in corporib⁹ extētē est aliquid vltimū. quod quidē vltimū ē color q^o corpora colorata nō videnti nisi s^z suas extētates. z ita color ē extremitas perspicui. z ideo Pictagorici vocabat colorē epiphaniā. i. sup appitōe^z q^o illud quod appetit in superficie corporis est color. z q^o uis color sit extremitas perspicui non tamen est extremitas corporis alias oportet q^o eī linea vel superficies vel punc⁹ extremum enim quātitatis pertinet ad genus

perspicuitas & dyaphany

Epilogus.

De Sensu et Sensato:

quātitatis. q̄ ē extremitas p̄spiciū quod ē qua
litas. z ita ipsa extremitas p̄spiciū secundū q̄ ē
lumē recipiū in ea est color z boc ē in corp̄e ter-
minato. z ita color est extremitas perspicui i cor-
porib⁹ termītis q̄ colorant̄ interīs p̄ppū
colorē. nā corpora dyaphana colorant̄ ab exteri-
ori. i. accipit̄ lumē ab exteriō. ppter hoc nō
habent determinatū colorē. nō enī videt̄ in ip-
sis idē color de ppe z de longe. sicut appet̄ i ae-
re z aqua maris q̄ de ppe appet̄ alterius color⁹
q̄ de longe. cuius causa ē q̄ color illoz inferio-
ru; videt̄ secundū aliq̄ reuerberationē. ideo oꝝ
q̄ secundū varietates situs p̄spicientiū variet̄
apparit⁹. ppter diuersā formā reuerberacionis.
Sed in corpib⁹ q̄ de se habet determinatū colo-
rez ē determinata apparit⁹ coloris. z nō variat̄
secundū diuersuz sitū aspicientiū nisi forte per
accidēs. puta. cū corp⁹ cōtinens facit obliquā
translationē apparit⁹ is. vel q̄ vñ⁹ color vide-
tur p̄ aliuz. sicut q̄ continent in vase viti i rubra
vidēt̄ rubea vel etiā per aliq̄ reuerberationē
resplendō. sicut appet̄ i collo columbe. Sic
igit̄ manifestū ē q̄ ppū suscepitu; color⁹ z eti-
am lūis est p̄spiciū. q̄ igit̄ color est in extremitate
corporis vt dictū est. z corpora p̄cipiat̄ colo-
rez p̄ perspicui. oꝝ q̄ color sit quedā extremitas
perspicui in corpore terminato. z sic patet.

Conclusio responsiua Ad
quesitū. s. q̄ diffinitio color⁹ ē bñ assignata. p̄
per adiōnes bone diffinitiōis q̄ sibi cōueniunt
patet etiā per ea q̄ dicta sūt. Pat̄ ex dictis q̄
color non ē in gne quātitas sicut sup̄ficies q̄ ē ex-
tremita corporis. sed ē in gne qualitas sicut p̄spī-
cuitas cui⁹ est extremit̄. q̄ extremit̄ z illud cui⁹
ē extremit̄ sūt vñ⁹ generis. Pat̄ vlt̄ q̄
sicut corpo. a intermīata bñ sup̄ficie in potētia
z nō i acu sed exteriō solūm ita corpora in-
terminata non colorant̄ in acu sed in poten-
tia q̄ reducit̄ ad actum facta diuisione corpis
nā illud quod ē intermītū nō babz actu vir-
tutez mouendi visuz quod p̄ se colori cōpetit.
Sed hic erunt aliqua dubia. /

Dubitatur primo Quare aliqua
nō apparent̄ eiusdē coloris de longe z de prope
Solutio b⁹ p̄ ex dictis.

Dubitatur secundo Quare ē q̄ si
speculū siccū ponat̄ cōtra solē solus sol appare-
bit in speculo. sed si speculū ponat̄ in aqua con-
tra soles videbit̄ sol z ali⁹ planeta si quis sit p̄-
pe solē. Rñdet̄ q̄ cā est q̄ radii solares inci-
dentes supra speculū existēt̄ in aere. ppter mag-
nam lumiositatē impedit̄ apparentiā mis̄is
planete. sed si speculū sit in aqua radii ipsi ali⁹
qualiter impedit̄ ab aqua. z ita nō impedi-
unt apparentiā alterius planete.

Ad rationes ante opposituz

Ad primā dicit̄ q̄ color nō ē extremitas corporis
sed ē extremitas p̄spiciū quod ē qualitas. Ad
secundā dicit̄ q̄ opaca bñt aliquid p̄spicuitaſ in
sup̄ficie exteriō eo q̄ nō obſtruant̄ ab aliqua
alia pte. Ad tertīā dicit̄ q̄ vinuz aqua z. q̄
alia hm̄di corpora trāspētia nō sunt p̄prie coloria-
ta sed sūt p̄spiciū z recipiūt per totū lumē. q̄

Sequit̄ in textu.

Queritur septimo Utruz me-
dii colores generent̄ ex mītiōe coloz extre-
mōuz. Arguit̄ q̄ nō q̄ colores extremi nō sunt
mis̄cibiles cu; sint forme simplices. z nichil est
mis̄cibile nisi corpus vt dictū est in p̄sio de gna-
tione. Itē si sic sequeretur q̄ oꝝ colores me-
dii cēnt eiusdē specie specialissime cu; penit⁹ ex
eisdē causis generent̄. Ultimo si sic sequeret̄
q̄ non distinguenter̄ specie ab extremis. Ad
oppoꝝ vedetur eē phūs. P̄o rūsione.

Sciendum ē primo Q̄ post̄ phi-
losoph⁹ ostendit quid ē color. Ante p̄cedit ad di-
stingueduz species colou;. Et primo s̄tu; ad
extremos colores. z? s̄tu; ad medios. Ad vi-
deū gnatōnē z distinctionē coloz extremoz

Sciendum est secundo Q̄ duo
sunt principia coloz vt dictū est pri⁹. s. dyapba-
num sive p̄spiciū. z lux sive lumē quod ē ac-
ctus p̄spiciū. sicut enī lux p̄ presentiā suā in cor-
pore nō terminato sicut ē aer facit lumē z corpus
lucidū. z p̄ eius absentia facit tenebras. ita i ex-
tremo p̄spiciū corporis terminati lux p̄ suā p̄ntiaz
facit colorē albū. z p̄ ei⁹ absentia efficīt̄ color
niger. quod nō est sic intelligendū q̄ in colore
nigro nichil sit lumis q̄ sic nigredo cēt priuatō
sicut tenebre. Sed dicit̄ nigredo causari p̄ absē-
tiā lumis. q̄ inter alios colores min⁹ habet
de lumē sicut albedo plurimum. nā contraria
sunt q̄ in eodē gne maxime a se distat̄. vnde al-
bum z nigrum sunt extrema straria in colorib⁹

Sciendum est tertio Q̄ de medi-
is colorib⁹ recitat̄ Aris̄t̄. duas opponiōes. Pri-
ma oppiniō fuit quoīdā dictū colores me-
dios cāri p̄ iuxta positionē alboz z nigroz in-
uisibilz ppter p̄nitatē. vñ sicut dixerūt q̄ cor-
pora sūt cōposita ex minimis corpib⁹ ita dixer-
ūt medios colores cāri p̄ iuxta positionē illoz
minor corp̄z coloratoz colorib⁹ extremis. z q̄
nllū illoz minor p̄t̄ vider̄. ppter suā p̄nitatē z
totū videt̄. z nō videt̄ vt albū neqz vñ niḡ. q̄
taz id quod ē albū q̄ id quod ē niḡ ē inuisibi-
le ppter p̄nitatē. iō oꝝ q̄ videat̄ quasi qđā color
mixtus ex vtroqz z sit alia species colou; pre-
ter albū z niḡ. z dicit̄ vlt̄ isti q̄ colores me-
dii multiplicant̄ s̄z q̄ hm̄di mixtio fit s̄z di-
uersas proportiones mixtibilium. ita q̄ quas-
do ista minima iuxta se inūicem posita sunt
proportionata tales colores sunt delectabiles

De Sensu et Sensus.

sed secundū q̄ est excessus in uno et defetus in altero sine proportione numerali colores medii non sunt delectabiles sicut est etiā in sonis. Alia fuit opinio aliorū dicentū q̄ colores medii generantur ex duōs colorib⁹ quorū unus ponit supra alium ita q̄ fortior color ponat subtilius. et de diliorū supra. et ex hoc sit apparitio cuiusdam medii coloris sicut faciūt pictores qn̄ tingunt pisces quasi in mari natantes tūc supra ponunt fortiorē colorū debilitorē colorē. et apparet ubi medius color. Similiter etiā sol secundū se videtur esse alb⁹ ppter claritatē luis. sed qn̄ videtur a nobis mediātē caliditatem seu fumum resolutu a corporib⁹ frictu tunc videtur sol cē punicus. i. rubicundus. et assignant illi rōnes distinctionis et multiplicatioēs colorū mediorū eo dē modo sicut illi de prima opinione. nā continet accipere quādāz proportionēs coloris infra positi ad colorē superpositū et secundū hoc faciūt colorē delectabileē. cōtingit etiā q̄ colores supra et infra positi nō sunt in proportionē numerali et secundū hoc nō faciūt colores delectabiles

Sciendum est quarto Q̄ illi de prima opinione vt Democrit⁹ et Empedocles dixerūt colorē nichil eē nisi quēdāz effluxum a corporib⁹ vīlis. ita q̄ dixerūt q̄ visio sit per hūiūmōi defluxū ydolorū a corporib⁹ vīlis. Sed pb̄us dicit hoc eē omniū inco grū. nō enī poterū dicere q̄ hmōi corpora defluētia a corporibus vīlis ingrediant̄ oculū q̄ sic corrūpetur subā oculi. oportebat igitur q̄ dicent et fiat visio p̄ cōtacū hmōi corporū ad vīlū. Sed etiā hoc oīo est falsū. q̄ tunc vīlus nō distinguēt a tactu corpora et aī vīsa diminuerēt per cōtinuū effluxū et tandem totaliter absorberētur. hmōi etiā corpora defluētia a corporib⁹ vīlis cū sint subtilissima. ppellerēt a vētis et ita n̄ fieret recta visio et impeditur etiā a ventis. possemus etiā videre in tenebris sine lumine et multa alia incouenientia sequerēt. melius ē ergo dicere q̄ visio fiat per hoc q̄ mediū statim a principio moueat a sensu p̄ motū alteratioēs et non motu locali aliqui⁹ corporis. et secundū predicationē positionē non soluz sequerēt incouenientia p̄i⁹ allegata. ymo sequerēt q̄ aliquod tempus esset insensibile q̄ manifestū ē secundū eos q̄ nullū corp⁹ totū simul videat sed p̄ aliquā successionē tempis cū secundū eos visio fiat p̄ tactu. et nō est possibile q̄ totū aliquod magnum corp⁹ vel deflatus eius simul tangatur a pupilla. ppter ei⁹ puitatem ideo sequit temp⁹ eē insensibile cū de aliquib⁹ nobis videat q̄ simul ea tota videam⁹ sed in .z. mō gnationis colorū nulla ē nccitatis q̄ temp⁹ ponat insensibile q̄ nō ponit visio fieri per defluxum secundū motū locale. sed per motū alterationis si-

sic igitur p̄t satis patere q̄ illi duo modi generatōis colorū mediorū sunt solū apparetes et nō secundū entia. et ita si gnarentur medii colores altero illoz modoz nō apparebūt eidē de p̄pē vīsi et de longe. ideo p̄ vero mō gnationis colorū mediorū secundū entiaz et veritatez

Sciendum ē quinto Q̄ sicut ē in mixtione corporoz ita ē in mixtione coloroz. sicut igitur corpora dicuntur mixta similiiter non p̄ mixta positionē minorū corporoz sed p̄ hoc q̄ corpora humida actiua et passiva alterant a se in uniuersitatem ex quib⁹ resultat vīnū corp⁹ mixtū secundū totū. ut dicitur in libro de gnatione. ita secundū diversas mixtioēs coloroz sunt diversi medii colores. ita q̄ mixtis corporib⁹ colores miscentur. cuius ratio ē q̄ secundū q̄ p̄spicuū est in corporib⁹ terminis facit colorē principiari. et dictum est mō p̄spicuū diversimode innenit in corporib⁹ mixtis. secundū magis et minus et ita etiā lucidū ita q̄ corpora mixta que plus habet de perspicuo plus habet de lucido et magis accedunt ad albedinē. et que minus habet de perspicuo minus habent de lucido et magis accedunt ad nigredinem p̄mixtis corporib⁹ in quibus est lucidū et dyaphanū necesse est q̄ fiat mixtio colorū. et ista ē principalis causa quare sunt colores medii p̄ter album et nigrum. et non est principalis causa q̄ vīnū color p̄notur iuxta alium q̄ color medius videtur idem de longe et de prope et ex quaquinque distātia quē admodum album et nigrum. ita patet q̄ iste modus generationis medianorum coloroz ē secundū existentiam ipsum. Alii autem tuo modo pertinent ad solam apparentiam eorum.

Patet vlt̄erius q̄ possunt esse multi medii colores et distincti. quia multis proportionib⁹ contingit corpora sibi inueniēt misceri et per consequens ipsos colores ut dictum est. et quando q̄ quidam miscentur secundū debitam proportionem ipsorum numeri. et sic sunt colores delectabiles. vel secundū solam habundantiam incouenitabilem. et sic sunt colores non delectabiles. non tamen sunt infinite species colorū mediorū. et hoc postea declarabitur circa finem huius libri. Unū sic potest sumi numer⁹ species coloris. nā duo sunt colores extremi scilicet albedo et nigredo ut dictū est. inter quos ē vīn⁹ medius p̄ equidistantia. sicut scolor ruber⁹ inter rubrum autem et album sunt duo colores vīn⁹ quidem magis accedens ad album q̄ ad rubrum qui dicitur clarus. et est aliud magis accedens ad rubrum q̄ ad album qui dicitur crepuscus. et similiter inter rubrum et nigrum sunt duo colores medii compōsiti vīnū magis accedit ad rubrum qui dicitur purpureus. aliud vero magis accedit ad nigrum qui dicitur

De Sensu et Sensato:

*viridis et sic sunt septem species coloris.

Conclusio responsalis Ad

questus. Colores medii generantur non quidem ex permixtione corporum extremitatum ut ponebat antiqui. sed magis ex permixtione causarum colorum extremitatum. patet ergo quod speciem et lux sunt causa colorum extremitatum modo ex diversa proportione et mixtione speciei et lucis sunt diversi colores medii ut dictum est. ergo conclusio vera.

Dubitatur primo Quare albuz visum per nigrum apparatur nubeum. Dicendum quod quoniam species contrariae veniunt ad sensum per idem medium sensus indicat de medio alias oportet et eidem corpori attribueret contraria quod est impossibile. quod contraria non possunt esse in eodem. dictum est enim quod nubeus color est medius inter album et nigrum.

Dubitatur secundo Quare aliqui colores magis delectant visum quam alii. patet solucio ex dictis.

Dubitatur tertio Quare albuz positum propter nigrum magis apparatur albuz. et etiam nigrum magis apparatur nigrum. sed si quodlibet per se videatur. Rude quod causa est propter contrarietas. generaliter enim omnia contraria iuxta se posita sunt sensibiliora.

Dubitatur quarto Unum prueniunt diversi colores in plumis animalium in modica distantia. Rudus quod causa est quodque pars attribuit nutrimentum sibi convenientem. et ex diversa proportione qualitatis actuorum et passuarum in plurimis animalibus efficiuntur colores diversi.

Ad rationes factas ante oppositum dicitur quod extremi colores non miscentur ad generationem colorum mediorum sed potius cause ipsorum ut dictum est. Ad alias duas patet solucio quod.

Sequitur in textu. De odore et sapore.

Queritur Octavo Utrum difinitio saporis sit bene assignata in qua dicens saporem est passio in humido facta a seco mediante aliqua actione calidi alteratio gustus de potentia ad actum. Arguitur quod non. quod si sapor est passio humidis sequeretur quod magis humida esset magis sapida quod per se fallitur de aqua quod non est sapida secundum se. et videtur multa sapida quod non sunt humida sicut cineres. ergo quod. Ad opus est probandum in textu ponens illam distinctionem in forma pro responsione.

Sciendum est primo Quod postquam Aristoteles determinauit de colore anterior determinat de sapore et causam reddit probus quare prius determinauit de sapore quod de odore cuius oppositum faciat. quod sapor et odor sunt sere eadem passio. quod utrumque

causat ex permixtione humidum et siccum secundum aliquam translationem a calido tamen odor magis sequitur humidum. et licet odor magis conveniat cum colore et sapore eo quod sentitur per medium extraneum sicut color. tamen prius determinat hic de sapore quod de odore. eo quod sapor est nobis magis notus quod odor. quod nos habemus pessimus olfactus et in ordine ad alia animalia et in ordine ad alios sensus in nobis propter magnitudinem cerebri nostri ut dictum est alias. sed bene melior est gustus eo quod habemus optimum tactum et gustus est quidam tactus.

Sciendum est secundo Quod omnes antiqui in hoc conveniunt quod aqua est primus subiectum saporis. Sed diversificati sunt. quod Empedocles posuit quod omnes sapore sunt actu in ipsa aqua. sed sunt insensibilis propter quietatem prius in quibus radicantur. Sed hoc impedit probus quod fructus separati ab arbore per actionem calidi mutantur in saporibus. et tamen in ipsis fructibus separatis non aducunt de novo aliqua humiditas. ergo sapor non est actu aqua sed virtus animalium. Alius est opinio quod in aqua non sunt sapore in actu sed quod in aqua est universalis semper omnis sapor. Sed hoc impedit philosophus. quod eadem est humida conveniens in diversas partes plater vel animalis quod diversorum saporum sunt. non igitur diversi sapore causantur ex diversis prius aquae. sed ex eo quod humidum patitur ab aliquo immutante ipsius. Tertia fuit opinio quod differentes sapore non sunt in aqua ex parte aque sed solus ex parte agentis quod solus transmutat aquam in diversos sapore. Sed impedit probus quod prius aqua calidat non diversificatur in sapore. nisi omisces cum aliquo terrestri. ergo calidum non est tota causa saporis sed solus est concausa.

Sciendum est tertio Quod ad generationem saporis concurrit humidum et siccum et etiam calidum. Unum siccum ad modicam admixtionem humidum cum aliqua alteratio calidi acquirit sapore nam aqua trahit diversos saporem sed per transmutationem per diversas partes terre. sicut quod aqua est fontes sunt falsae quod transmutatur per terram saltem. unum sal est quod aqua est fontes sunt falsae. inveniunt enim quidam menses de sale. aqua etiam colante per cineres sunt amare sicut cinis per quem collantur et ita inveniunt fontes diversos sapore propter diversas terras per quas transmutatur et quo per etiam saporem inveniuntur terre et non solus aqua. Unum aqua est humida et terrena est secca. humidum autem natum est patitur a suo contrario scilicet a seco ut ex permixtione aqua et seco fit actione siccus et humidus. et quod non solus terra est secca sed etiam ignis ut sapor fit in humidum a seco terre mediante calido ignis. sicut n. illi quod in humidum aqua lanata corpora colorata et saporosa faciunt aquam habere taliter colorum et saporum ita etiam secundum quod humidum aquenam colatur per siccum terrestre et cum hoc fit aliqua immutatio a calido digerente et quod amino addicente humidum secco qualificatur humidus

De Sēsu et Sēsato:

aqueus caliditate saporosa. Et quo patet.

Eonclusio responsalis ad
questionē. s. q̄ sapor est passio facta in humido
aqueo a siccō terrestri per actionē calidi altera-
tū gust⁹ de potētia in actū. et additū ultima
particula ad differentiā odoris et quarūdaz ali-
arum passionū que cāntur ab humido et siccō p̄
actionē calidi que tñ nō sunt immutativa gu-
stus sed aliorū sensu. vix est tñ q̄ p̄prie sapor
est in humido et fit in siccō. sed exōtra odor ē in
siccō et fit ex humido. vt postea videbitur. Nec
cōclusio satis manifesta est p̄ notabilia precedē-
tia. nāz ponitur passio loco generis eo q̄ sapor
est de tertia spē qualitatis que est passio et passi-
bilis qualitas. Per hoc q̄ ponitur in humi-
do tangit subiectū sine materia. et per hoc q̄ di-
citur a siccō mediāte calido tangitur causa effi-
cientia sufficiens. et per residuū tangitur quodā
modo causa finalis. Ex quo p̄ q̄ sapor nō
potest esse qualitas simplicis elementis. pas-
sio mixta non ciuiscūqz sed proprie mixti nutri-
bilis. Vñ q̄uis esca in quantum est calida
augmentet in virtute q̄ vis augmentative q̄
calidi est dilatare. et in q̄ frigida diminuat q̄
frigidū est cūstringere et mouere ad centrum. ideo
senes qui sunt frigidū diminuuntur. et iuvenes q̄
sunt calidi augmentantur. tñ esca in q̄tum bz pro
portionē qualitatū primaz per q̄ est sapida nu-
trit. non tñ nutrit. p̄ ratione ciuiscūqz saporis
sed solū ratione dulcedinis. nā inter saporem so-
lum dulce nutrit. Alii autem saporem cōmisen-
tur in cibo dulci qui solū nutrit loco condimen-
ti sicut patz de cibo salso et acuto. nāz per bñdi
saporem reprimitur dulce ne nimis nutrit. dul-
ce enī q̄ nimis repletum est et supernatuum
ideo facile trahitur ad calorem. ppter suam leui-
tatem. Vñ sicut in toto vniuerso calor trahit
humidum subtile. et relinquit id quod est ter-
estre et grossum. ideo aque complute sunt dulces
et mare in quo est plurima resolutio est salsum.
ita calor naturalis in animalibus et plantis at-
trahit illud quod est leue et dulce in nutrimento
et reliquit illud quod est salsum et amarum propter
grauitatem. et inde est q̄ omnes feces animalium
sunt amare vel fetide vel salse.

Ad rationes ante opposituꝝ

Ad primaz negatur cōsequentia. ad hoc enim
q̄ sapor sit in humido oportet q̄ sit mixtum cuꝝ
siccō terrestri et concurredit actio calidi digerentis
quodāmodo humidum. Ad secundam di-
citur q̄ nullum pure siccum est sapidum in actu.
Sed per aliqualē cōmixtionez humidū reducit
ad aliquem saporem. et ideo quando cineres
adusti aliquomodo humectantur per saliam
lingue efficiuntur sapidi. Et hec de questione.

Sequitur in textu. Quemadmodū autem
colores.

Queritur nono Utrum sint

Septem species saporis. Arguitur q̄ non
quia antiqui ponebant nouem species saporis
ergo non sunt tantū septem species saporis.

z⁹ arguitur. tot sunt species saporis quot
modis contingit diversificari digestiōnem hu-
midi cum siccō. sed infinitis modis hoc potest
fieri. ergo infinite sunt species saporis. 3⁹ ar-
guitur. sapor pinguis idē est cum dulci. et salsus
cum amaro. ergo non sunt septem species sapo-
ris. Ad oppoꝝ est Arisbos. in textu dicens.
q̄ species saporis et colorū sunt equeales. sed spe-
cies coloris sunt tantū septem. ergo septes sunt
species saporis. Pro responsione.

Scienduz est primum Q̄ postq̄ phi-
losophus determinauit de generatione saporis
consequenter distinguit de speciebus saporis.
Pro questione.

Sciendum est secundo Q̄ sicut
colores medii causantur et cōmixtione causa-
rum albi et nigri. ita etiam saporem medii causā-
tur ex cōmixtione causaz dulcis et amari. nam
calidum imperfecte digerens humidum causat
saporem dulcem. et p̄nitatio humidū perfecte di-
gesti est causa amari. sed alii saporem medii cau-
santur secundum q̄ humidum medio modo
se habet quando scilicet nec est perfecte digestū
sicut in dulci. nec est totaliter consumptū sicut
in amaro. Unde quia sapor propinquius
sequitur humorem q̄ calorem non oportet con-
siderare medium et extrema in saporibus secun-
dum calidum. sed secundaz humidi aliqualē
ter passum in calido et siccō. alioquin si mediū
et extrema accipiuntur in saporibus secundū ca-
lidum dulce et amarum non erunt extrema ymo
medium. quia calidū in excessu consumens to-
tum causat amarum. et calidum omnino deficiens
in digerendo propter victoriam humidū causat
ponitum vel acetosum saporez. Sed calor mo-
deratus sufficiens tamen ad digerendum cau-
sat dulcedinem.

Sciendum est tertio Q̄ mediū sa-
pores diversificant secundū ciuicā p̄portiones
mixtione in q̄tū. s. vñ s̄q̄isqz eoz magis vel
minus accedit ad dulcedinem vel amaritudinem
quod cōtingit dupliciter sicut in colou⁹ dictū
est. vñom̄ secundū p̄portionē numeralē obser-
uati in predicta cōmixtione et transmutatiōe hu-
midi a calido. Alioꝝ secundū in determinata su-
p̄ficiē absqz p̄portionē numerali. Vñ solū illi
saporez sūt delectabiles gustū q̄ sunt cōmixti
secundū numeralē p̄portionem. sicut dictū est

De Sensu et Sensato.

de coloribus in ordine ad visum.

Sciendum est quarto Quidam in particulari distinctione species saporum adiuicere saporum pinguis quasi idem est cum dulci. nam uterque sapor designat digestionem humiditatem calido. verutam in dulci sapore calor magis dicitur supra humidum quam in pingui. nam pinguis sapor propinquior est aquoso sive intepido sapore propter habundantiam humiditatis quam dulcis. Similiter etiam amarum saporum et salsus fere sunt idem uterque enim causatur ex excessu caloris consumptum humidum. Verutam in amaro est maior consumptio humiditatis quam in salso. quod in salso videtur esse consumptum humidum infinitum corporis. sed in amaro nec dum est consumptus humidus. immo etiam coagulatinas substantias corporis resolutum est et consumptum vel totaliter vel in parte. Unde feces corporum resolutorum et incineratorum sunt amara.

Sciendum est quinto Quod inter illos quatuor saporem sunt medii scilicet ponticus et est mordacius saporum et austerus. id est amarum acetosum. et stipticum et acutum. Unde ponticus et acetosus constitut in humoris nonnullis digesto propter defecutionem caloris. propter quod fructus indigesti sunt vel acetosi savorum ut poma acerba. vel pontici ut pira acerba. Ponticus tamen savor videtur plus habere de terrestri quam acetosus. nam terrena fere habet ponticu savorum. sed acetosus videtur plus habere de frigido. sed stipticus savor videtur multum habere de terrestri et plus quam acutus et est satis propinquus pontico. sed tamen plus habet de calido et magis ad digestionem accedit. ideo etiam quedam digesta habent stipticu savorum sicut fructus digesti. sed acutus savor significat excessum caloris. non quidem consumptum humidum sed superdigesteris ipsorum. Et quo patet quod species savorum sunt fere eae numero speciebus coloris sunt. nam septem species savorum que numerate sunt. ita tamen quam pinguis savor non distinguatur specie a dulci et salsus distinguatur ab amaro. nam si huius tribus savoribus addantur quatuor supenumerauntur erunt septem savorum. et similiter in coloribus. blundum se habet ad nigrum. sicut salsus ad amarum. et flavidum ad album. sicut pinguis ad dulcem. et in medio sunt huius colorum. scilicet puniceus. et rubens. et albus. et citrinus. et viridus et tianus. id est color celestis. ita tamen quam viride et tianum magis appropinquant ad nigrum. puniceus autem et citrinus magis appropinquant ad album. et hec sunt species colorum et savorum simplices. nam sunt et possunt esse aliae species et plurime colorum et savorum ex commixtione predictarum specierum adiunictarum. et huius colorum commixti et etiam savorum delectant visum et gustum magis quam simplices. ut dictum est in 2^o de anima.

Sciendum est sexto Quod sicut nigrum est priuatio albi in perspicuo. ita amarum vel salsum est priuatio dulcis in humido nutrimentis. nec mirum quia semper alterum contrarium est ut priuatio. ut dictum est in nono metaphysice. et quia amarum est priuatio dulcis. inde est quod omnium combustarum cinis est amarus propter exalationem humidum nutrimentalis. Diuus notatus sit.

Conclusio responsiva. Tantum sunt septem species savorum que enumerantur. potest probari per sufficientiam que faciliter potest elicere ex dictis in notabilibus. Ex conclusione elicetur quod quidam antiqui philosophi quoddam in congruissimum dicebant omnia sensibilia esse tangibilia. quod si esset vere sequeretur quod quilibet sensus esset tactus cum potentie distinguantur secundum obiecta.

Sequitur vterius quod antiqui philosophi in conuenienter reducebant colores et savorum ad sensibilia communia. scilicet ad magnitudinem et igitur. Nam Democritus dicebat nigrum esse asperum et obscuritatem nigri causari propter hoc quod partes que supereminent aspero occultant alias. et album dicit esse lene et claritatem albi peruenire ex hoc quod lene totaliter illustretur propter hoc quod partes eius equaliter tangentur. et savorum reducunt ad igitur propter hoc quod innent acutum et obtusum in savoribus sunt in figuris quasi ex equiuocatione deceptus. Sed improbat opinio predicta quia sensus decipiuntur circa sensibilia communia. non autem circa propria. igitur et cetera. Sed improbat specialiter de savoribus tribus rationibus textus. Prima est si savorum reducerentur ad figuram sequitur quod gustus maxime discernet figuram. hoc autem est falsum. quia visus magis discernit eas. Secunda ratio. Omnia sensibilia propria habent contrarietatem ut patet in septimo physicorum. sed figura non est contraria figura. non enim est assignare polygonarum aliquarum. id est figurarum habentium multos angulos cuius circulus sit contrarium quasi habens unum angulum. cuius ratio quod contraria maxime distant non est autem dare aliquam figuram polygonam quia non sit invenire aliam figuram habentem plures angulos. savorum igitur sunt contraria non figure. Tertia ratio figure sunt infinite sicut et numeri. nam figure multiplicantur secundum numerorum angulorum et linearum. si igitur savorum essent figure sequeretur quod essent infinitae species savorum quod patet esse falsum. quia non est ratio quare unus savor sentiretur et non alius modo sensus non discernit multos savorum igitur savorum non sunt figure. et sic patet de sapore et

D e Sensu et Sensato:

gustabili quid sint. Quedā autē alie p̄petrātes saporis habēt p̄priā cōsiderationē; in libro de plātis quē tū Aris̄tos .nō fecit sed Theophrāstus vt dicit Alexāder i om̄ēto suo in isto passū

Ad rationes aī oppo⁹ Ad primā dīcī q̄ antiqui enumerabāt duas sp̄es saporis q̄ reducunt ad alias duas. Ad secundā dīcī q̄ possūt cē infiniti grad⁹ saporis in numero s̄z i tentiōne et remissiōne saporis. s̄z nō faciunt differeṇtiā specificam. Ad alia dīcī q̄ sapor p̄n- gnis idē cū dulci vt dīcūt' est scūdū sp̄es ideo dīcī in tertii simpliciter q̄ pinguis sapor idē ē q̄ dulcis. s̄z salsus sapor distinguit sp̄e ab amaro. iō dīcī tēt⁹ loquēs de illis duob⁹ q̄ sūt ferē idē ppter cāz assignatā sicut dīcūt' ē p̄i⁹ q̄ sa- por et odor sūt fere eadē passio cuz tamē disting uātur specie. Sequitur in tertii. Omne autem graue. et cetera.

Queritur Decimo Utrūz

Odor sit fumalis evaporationis. Arguitur Primo q̄ sic. Noniam corpora odorisfera emittēdo odore interdū diminuunt. ergo ab ip- sis alijs sum⁹ resoluunt. z⁹ arguit. Odores i pedūm p̄ frig⁹ congelās et impeditis vaporez q̄ nō cēt nīl odor cēt fumalē evaporationis. z⁹ videm⁹ ad sensū corpora odorisfera emittere va- pores sine quib⁹ p̄cipi non possūt. et etiam pce- ptio odoris impedit per ventos. ergo odor est fumalis evaporationis. Ad oppo⁹ p̄incipaliiter est phūs in textu. Pro responsione.

Sciēduz ē primo q̄ postq̄ phūs de terminauit de saporib⁹. p̄nter determinat de odo- rib⁹. Dñdens. 1⁹ ḡnationē odoris. z⁹ determi- nādo de sp̄eb⁹ eius. Et q̄ ad ḡnationē odoris requirit duplex principiū sicut ad ḡnationē sa- poris. s. actiūm et passiūm. ideo phūs oñdit vras qz circa ḡnationem odoris

Sciendū est secundo. Q̄ si- cut sunt duo principia saporis scilicet actiūm et iaz et passiūm. ita sūt duo principia odoris. si- cut enī humidiū aqueū patit a siccō tereltri in saporib⁹. ita in odoris actiūm ē humidiū en- chimiū. s. humidiū siccō inhibuit et ab eodē siccō cōprehēnsū. dīcī. n. enchimū ab enī q̄ ē in et cb̄mos q̄ est humor quasi humor exīs imbibitus et incorpat alicui siccō. Sed passiūm in odoris est aliquid cōe cōprehēndēs sub se aerē et a quā. nō in. q̄tū sūt corpora p̄spicua. q̄t hoc mō sunt susceptiua lūis et coloris. s̄z illud susceptiū cōe est susceptiū odoris secundū q̄ ē lauabile vel mūdabile enchimiū siccō. i. secundū q̄ ē rece- ptiūz enchimiū siccō. Un̄ odor nō solū suscipit i aere sed etiā in aqua q̄ pbat phūs q̄t quida pi- sces ut ostrea et afalia dure teste viuetia i aqua

odorat. q̄t trabunt a lōge ad alimētū. et nō po- test dici q̄ in aqua sit aer rōne cui⁹ odorent. q̄ naturaliter supnatat aque. etiā si infra aquas ponat. et dato q̄ infra aquā cēt aer. tamē hīdī aīalia nō respirat aerē. et ita nō sentiūt odorem si solus aer cēt susceptiūs odoris. Patet igitur q̄ p̄pīnū susceptiū odoris ē aliquid cōe aeris et aque. et ita odor est quedā forma ab enchimo siccō im̄p̄ssa in humido quod est aer vel aqua. Un̄ odor solz sic diffiniri. Odor ē passio i bu- mido facta ab enchimo mediāte calido altera- tū olofactus de potētia ad actū. Quod au- tē enchimus sit effectūm odoris oñdit phūs p̄to per ea quēnon habent odorez ut sunt elementa quia vel sunt humida vel siccā. et si sunt humi- da habent humidiū sine siccō. si vero sunt siccā habent siccūm sine humido. et ita omnia elemen- ta sunt enchima id est sine humore comprehen- so a siccō. nisi forte sit facta aliqua mixtio ele- mentorum. Unde mare habet aliquem odorez quia in eo siccūm teretiz̄ ē admixtūm humido aqueo unde habet saluum saporem et quadam modo amarum. Sal etiam habet odorem magis tamen q̄ nitrum. nam licet vtrūqz habeat aliquid de enchimo. q̄ patet ex hoc q̄ per al- quod artificium oleum exit ab eis: et hoc est sig- num q̄ in eis est aliquis humor pinguis com- prehēnsus a siccō. nitrum tamen minus habet de huiusmodi humore q̄ sal. ideo est minus o- dorabile. Similiter lapides duri et solidi carēt odore quia non habent predictūm humorem a quo odoēt̄ur. propter sui magnam terelreitā- tem scilicet de enchimo. z⁹ ostendit ex his que odorabilia sunt. propter pinguedinem in eis exsistentem. ut sunt ligna odorabilia. Sed tamen ligna que habent humorez magis aquo sum et minus pinguem quasi non comprehendens a siccō sunt minus odorabilia. sicut patet de ali- quo populq. Sed ligna abietina et pinea et ca- pressina sunt multiz̄ odorabilia propter humo- rem pinguedinis ipsorum. Similiter autem me- talla. licet aurum minime sit odorabile eo q̄ ca- ret predicto humor q̄ contingit propter eius magnam terelreitātē que ex pondere eius. ma- ximo elicitor. Sed es et feruim sunt odorabilia. quia humidum in eis non est totaliter absorbit̄ sicut in auro. et inde est q̄ scorie eorum propter admixtōnē humidi sunt minus odorabi- les. Sed argentum et stannum sunt magis odo- rabilia q̄ aurum. sed minus q̄ es et feruim. quia habent humorē magis aquaticum. et minus comprehendens a siccō q̄ es et feruim. quia tamē aliqualiter comprehendit̄ humiditas eorum a siccō non sunt penitus absqz̄ odore sicut an̄z̄ patet igitur q̄ sicut sapor fundatur in humido aqueo aliqualiter digesto. ita odor fundatur in humido enchimo quod est quasi acreum.

odor.
elementa nō h̄nt
odorez/

aucū est mijyme odo-
ble.

De Sensu et Sensato.

Sciendū est q̄ quidā antiqui dicerūt q̄ odor est fumalis euaporatio que ē cois aerī et aque. Unī Eraditus dicit q̄ si oīa enīa resoluerētur in fumum nares percipientes odorem discernent omnia enīa quali diceret. oīa enīa essent odores. Uer̄ est tñ q̄ aliqui diversi sūt. quidā enī attribuebāt odori exalationem que ē sum⁹ cois aerī et aque. Alii vero euaporationē attri bucebāt odori q̄ ē humiditas aqua resoluta. qdā vero vtrūqz. Sz cōtra illos antiquos ponit.

Conclusio responsalis Odor nō est fumalis euaporatio nec exalatio nec vtrūqz. pbatu r duabus rationibus. Prima est Vapor pertinet ad aquā quemō est odorabilis absqz ad mixturenē siccī vt dictū est. sūliter fumus siue exalatio nō potest fieri in aqua in qua tñ sit odor vt oīs ē p̄ hoc q̄ qdā pisces odorāt ergo odor non ē fumus nec exalatio nec vtrūqz. Secūda ratio. sūliter ratio est q̄ euaporatio dīat̄ odor et q̄ colores dicant̄ refractiones. Sz hoc nō bene dicit de colorib⁹ vt supra oīsum est. ergo neqz bene dicitur de odorib⁹. vtrobiqz enī sequitur q̄ sensus odoris et coloris fiat per tactū et corpora visa et odorata diminuantur et tandem totaliter resoluātur p̄ refractionē et emissionē quod ē i cōueniēs. oportet tñ q̄ sensus odoris et coloris fiat p̄ spū alē immutationē medii. vrx est tñ q̄ a corpore odorifero resolut⁹ quedā fumal euaporatio in qua est odor qui extendit⁹ usqz ad certam distanciam et ulterius multiplicat̄ odor intentionaliter per mediū vt satis oīsum est in z⁹ de aīa. Et cōclusiō et p̄cedēti sequit̄ q̄ ex quo odor nō est vapor nec fumus manifestū ē q̄ humidū quod ē in aere vel aqua patit ab enīmo siccitate sūliter enī enībūm facit odorez humidō aqueo et aereo et siccō et siccū terrestre la uatu; per humidū aqueū facit sapores et i deo odores sunt p̄portionales savoribus et fere eisdem noībus noīantur odores siue sapores. dicunt̄ enī odores acetosi et dulces stiptici et pontici et crassi sicut sapores Sz nō pprie dicim⁹ amaros odores Sz putridos ita q̄ odores putridi respondēt amaris savorib⁹ totaliter. q̄ sicut amari sapores difficulter sorbentur. ita putridi odores sunt desanēcia. i. difficilis respiratiōis. et ex hac affinitate odoris ad sapore patit q̄ sicut sa por fit in aqua. ita odor in aere et in aqua. et sicut per frigus et gelationē sapores evanescunt ita etiā odores exterminātur p̄ quanto per frig⁹ auferunt calidū quod gnat et mouet odores et sapores.

Dubitatur Utruz omis odor sit passio humidī nutrimentalis. Pro dubio sciendū est primo q̄ due sūt species odorabilis. una est per cōuenientiaz ad sapores; et hm̄di odoris

determinate sunt sp̄es ut dictū est prius. Alia est species odorabilis secundū se: sicut si dicamus q̄ rosa est odorabilis et hm̄di odoris nō sunt de terminatae species secundū se nisi soluz diuersa odorabilia. sicut si dicimus aliū cē odorez violaz et rosaz et aliarū huīsimōi. Venum ē tñ q̄ in hīs odorib⁹ inuenit̄ delectabile sicut irosis et abhomīabile sicut in sulphure. Differēter tñ in hīs odorib⁹ et in aliis. q̄ in odorib⁹ qui sumunt̄ per cōuenientiā ad sapore nō est delectabile aut cōtristabiles nisi secundū accīs inq̄ sc̄; odor significat cōuenientiā nutrimenti vel di cōuenientiā. naz aīal discernit cōueniens nutrimentū a reōtis per odorēscit cōiunctum p̄ sapore. et ideo hm̄di odores nō sūt delectabiles huīsimōi aīalib⁹ repletis nō indigentib⁹ cibo sed solū aīalibus elūcentib⁹ et sūtientibus sunt appetibiles. Sicuti hm̄di odores sunt solū delectabiles vel tristabiles rōne nutrimenti. Et q̄ nutrimentū est cōe oībus aīalibus: ideo oīa animalia querentia nutrimentū ex longinquo p̄ odorez p̄cipiunt. aīalibus aut̄ immobilib⁹ sufficit gustus et tact⁹ ad discernendū cōuenientiā alimenti. Sed aliud genus odors nō demonstratū alimenti est delectabile secundū se et nō ī ordine ad alimentū. quod p̄z ero q̄ elūriētes et sūtientes nō appetūt huīsimōi odores. Sz magis equē replete cibis magis appetunt odores. nec tales odores p̄uocāt appetitū esce. sed magis accidit cōtrariū. Et ex permixtione horum odorabiliz reddit̄ escā nō odorabilis. q̄ frequēter q̄ benedolēt secundū hm̄di odorē sūt mali savoris. ideo dicebat Traitus poete ī vi tuperium Euripedis poete ex quirentis delectationem in suo cibo. Quando lentem decoquīs non infūdas mirion. i. vnguentū suauiter redolēt. ita q̄ Euripedes dicebat coquo suo nō oporet q̄ p̄ in pulmēto ponas aliqua suauiter redolētia. Q̄ nqz aut̄ aliqua possūt et cōuenientis sapoīs vel discōuenientis. vel ecōtra vel ambo possūt et cōuenientis savoris vel odoris vel discōuenientis vt dictū est ī libro de aīa. Et quāuis huīsimōi aliqui misceant̄ res odoriferas cibis et potibus hoc faciunt vt vñū et idem sit delectabile duobus sensibus scilicet gustui et odorati. Pater igitur q̄ nō oīs odor est passio huīdi nutrimenti. Dubitat̄ ulteri⁹ a quib⁹ aīalibus p̄cipiunt̄ odores delectabiles secundū se et non ppter escā. Rūdet phūs. q̄ pprium est hominis percipere odorez delectabiles vel tristabiles secundū se. naz solus homo p̄ hm̄di odorabilia delectat̄ vel tristatur. et quo ad hoc in hoīe habūdat sensus odoratus p̄e aliis aīalibus que ī aliis odorib⁹ demōstrantib⁹ alimentū habēt actualiore sensu; odorat̄ ad discernendū eos q̄ homo. Sed q̄tu; ad hoc rūndz

De Sensu et Sensus:

phus & sensu odoratus habem⁹ peiorum alius aialibus.

Dubitatur tertio. Quare sol⁹ homo sentit odores delectabiles. Rñdet textus & odor secundū se delectabilis secundū se est ppter um hominis ad temperandū frigiditatem cerebri ipsius. nam hmoi odores sunt calefactui & homo habet manus cerebri secundū & titrate sui corporis inter cetera aialia. cerebri autem secundū suam naturā est frigidū. & sanguis qui cōtinetur circa cerebri in quibusdā subtilibus venis etiam de facili infrigidatur. & ex hoc continet & sumi resoluti a cerebro sursum ascendentēs ppter loci frigiditatem inspissantur ex quo tandem causantur reumaticae infirmitates in homine. & in auditoriū sanitatis cōtra superflua cerebri frigiditatem attributa est ista species odoris hominibus. & si aliqui tales odores gravant cerebri hoc est q̄ non adhibentur put debent. sic enī superflue caliditatem in cerebro faciunt nimiam resolutionē. sed si debito mō adhibeantur conferunt ad sanitatem vt dictū est. nec ē aliqua alia utilitas talis odoris. nam perceptio talium odorū parum deferriret intellectui ad investigandum rerum naturas. Sed illa species odorabilis que est delectabilis ppter cibū multocies & de p̄ se aggrauat caput vel ppter superfluam humiditatem vel ppter superfluā siccitatē.

Dubitatur quarto. Quare boves & alia aialia odorant respirando. Rñdet & p̄ respirationē odores ascendunt ad cerebri q̄r calor igneus qui resoluit odores dat eis caliditatem & superiora petant. & ex hoc sequitur quedā sanitas circa cerebri vt dictū est. nā odor habet virtutem speciei propter calidū igneum a quo causantur. Unde natura vtitur respiratione ad duo. Primo quidē principaliter in auditoriū pectoris. i. ad refrigerandū calorē cordis. Et secundario ad percipiendū odores demonstrates cibū. Sed in hoībus inueniuntur alia necessitas sc̄ ad sanitatem capitū & ad formandum voces nam solus homo delectat in odorib⁹ florē.

Dubitatur quinto. Utrum aialia nō respirantia sentiant odores. Rñdet phus & sic sicut p̄ de piscibus & plurib⁹ aialib⁹ annulos de apibus & formicis que a remotis sensuunt suam escam ppter odorem. Sed tunc consurgit aliud dubium. Quom⁹ sensient odorem & vtrū habeant eundē sensu odorat⁹ sicut aialia respirantia. Rñdetur & aialia respirantia habent organū odoratus cooperitū & discoperiunt ipsū per respirationē vt percipiant odores. Iā aialia non respirantia nō habent organū cooperitū. ideo statim percipiunt sine respirationē odores. non quidem per aliū sensu sed per sensum

olofactus. nam olfactus in ipsis non differt specie ab olfactu aialium respirantū eo & obiectū est vnu & idē. sed solū est differentia in modo respirandi. sicut etiā visus in aialibus habet tibus palpebras nō differt specie a visu aliorū aialium habentū oculos discoptos. Sic etiam in homine & quis solū percipiat odores delectabiles secundū se: & alia aialia non. tñ suus sensus odoratus non differt specie a sensu odoratus in aliis aialibus. Et si contra hoc argueretur q̄r quidā alia aialia fugiunt fetidos odores ergo cognoscunt. Rñdet & nō fugiunt odores secundū se fetidos nisi per accidēs in p̄fumū. I. accedit hmoi odorez fetidū esse corruptuum ita & simul cū odore immutat medium p̄ aliquā qualitatē primā quāquidē immutationem percipiunt per sensum tactus. & ideo fugiunt hmoi fetidū. Ponit exemplū sicut homines patiuntur gravitatem aut grauēdinem a fumo carbonū propter eius disperantiam & qñqz ad corruptionē. Et similiter est de sulphure. & ita aialia fugiunt hmoi corruptiua propter passionem corruptionis quā sentiunt et non propter sensum odoris.

Dubitatur sexto. Utrum aialia nō triantur odorib⁹ sicut ponebat pictagorici.

Pro dubio sciendum est. & odoratus est medium inter quinque sensus exteriores. Convenit enim cū auditu & visu. p quanto percipit odorem per medius extresecum. Sed cōvenit cū tactu & gula qui sunt sensus nutrimenti. p quanto odorabile est quoddā nutrimentū & odor est passio nutrimenti ita & odor pporcō a sapori. Ex quo patet & animalia non nutritur odorib⁹ alias olfactus nō esset medium inter sensus exteriores sed esset numerandus cum sensibus nutrimenti. Et mouebantur Pictagorici quia videbant homines & animalia confortari odoribus. Sed philosophus improbat dictū Pictagoricorum duabus rationibus. Prima. nam cibus est compositus ex pluribus elementis. ex eisdem enim aliquid nutritur ex quibus e l. et hiū signū ē quia ex cibis generatur quedā superfluitas interior sicut patet in animalibus & exterior sicut patet in plantis in quibus inueniuntur exterior quedam species gummosum. Ex quo patet & odor non potest nutritre cum sit qualitas secundum se. non enim potest nutritre constitudo substantiam nisi forte ratione suscepiti. Secunda ratio. in omnibus animalibus est aliquis locus scilicet stomachus in quo recipitur cibus vt derinet ad alias partes corporis. Sed odorabile percipitur per organū existens iuxta cerebrum & aer respiratus cū quo odor retrahitur redit ad pulmonem. Sed in animalibus nec cerebrum nec pulmo est locus

De Sensu et Sensato.

recipiens cibum ergo odor non nutrit et quāuis non nutriat tamen confert ad sanitatem ut dictum est et ad babendum cibum. Unde sicut sapor ordinatur ad nutrimentum ita odor ad sanitatem et potissimum in hominibus.

Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicendum quod fumalis evaporationis in qua est odor resolutur a corpore et est quodam corpus. ideo corpora odorifera diminuntur non ratione emissionis odoris sed propter resolutionem fumalis evaporationis. Ad secundam respondet sicut ad primam. nam impeditur per frigus quod non permittit corpora odorifera fumare. et sine fumo resoluto per calorem corpora non aspirant. Ad tertiam respondet sicut ad predictas. quia perceptio odoris impeditur per ventos propter evaporationes fumales in quibus deferuntur odores. Et sic pater de sensibilibus secundum unum quemque sensum. et cetera.

Queritur undecimo. Utrum

Species odo:rum distinguuntur secundum species saporis. Arguitur quod non quia odori et savorum sunt diversa sensibilia. ergo habent distinctas species. et per consequens species savorum non distinguuntur secundum species savorum. et sic aliqui sunt odores qui non sequuntur saporem ita et corpora a quibus procedunt talia non sunt mutabilia sicut patet in floribus herbarum. ergo in talibus species odoris non distinguuntur secundum proportionem ad species savorum. In opusculo est philosophus in textu.

Sciendum est primo Quod postquam philosophus ostendit generationem odoris. consequenter ostendit distinctionem specierum eius. Et quia prius dicebatur quod savor est quedam passio nutritive potentie. ob hoc Aristoteles vult distinguere species odoris secundum distinctionem specierum savorum. Odor enim consistit in mixtione siccii cum humido mediante calore. Et quia aliquid est humidus quod est nutrimentum. et aliud quod non est nutrimentum. ideo secundum hoc distinguuntur odores. ut statim videbitur. Circa quod.

Sciendum est secundo Quod quida sunt odores qui non sunt secundum se delectabiles sed per accidens tantum. nam tales odores consequuntur saporem siue humidum quod est nutrimentum. et ideo delectabiles sunt animalibus cibo indigentibus. et non sunt delectabiles animalibus cibo non indigentibus. Mansuetum est igitur quod huicmodi odores habent delectationem et tristiciam per accidens secun-

dum scilicet animal appetit nutrimentum et non appetit. unde quia tales odores sequuntur nutrimentum animal a remotis per hunc odores discernit nutrimentum communum. et quia nutrimentum commune est omnibus ut supra dictum est. ideo omnia animalia percipiunt hunc odores. Ad uertenduz est tamquam discernere nutrimentum a remotis mediante odoribus debet solum intelligi de animalibus que motu progressu mouuntur. et necessario habent querere nutrimentum etiam a remotis. ceteris autem animalibus sufficienter gustus et tactus ad discernendum convenientias nutrimenti dum coniunctus est. et sic patet qui sunt odores qui sunt delectabiles secundum accidentem.

Sciendum est tertio Quod post istos odores alii sunt delectabiles et non per operationem ad aliquod alimentum sicut sunt odores florarum. Istud probat philosophus quia tales odores non se habent convenienter ad easce ita et appetentes cibum magis in his odoribus delectantur et repleti minus et sicut non conferunt ad desiderium cibi sicut alii odores. sed magis contrarium accidit ut dicit textus. nam quandoque per mixturem istorum odorum redditur cibus indelectabilis. et frequenter corpora que hunc odores redolent sunt mali savorum. Ad cuius signum inducit Aristoteles. verbum cuiusdam poete comicum. ut etiam in quodam dubio questionis precedentis tacutus est qui increpabat alium poetam scilicet Euripedem exquirentem cibaria nimis delicata. et ideo dicebat sibi. Non lenitem decoquitis non infundas mirum. et non apponas vnguentum delectabile et redolens valde. et licet aliqui vere illud faciant. hoc est ut dicit Aristoteles propter consuetudinem et faciunt violentiam naturali delectationi ut perueniant ad hoc quod unum sit delectabile duobus sensibus scilicet gustui et olfactui.

Sciendum est quarto Quod ut dicit textus odores qui secundum se et non propter alium delectabiles sunt illi sunt proprii hominibus. qui in eis solum habent delectationes vel tristicias. et quantum ad hunc sensus olfactus in nobis excellit olfactum in aliis animalibus licet simpliciter deficiat. Istius causarum reddit Aristoteles quia ut dicit homo habet maximum cerebrum quod frigidum est et humidum. et isti odores caliditatem habent et ideo sursum elevantur ut possint temperare frigiditatem cerebri et convergent ad sanitatem si deinde modo accipiatur si tamen sint nimis excellentes aut si superflue sumantur poterunt grauare caput per accidens quia nimis poterunt calefacere cerebrum et facere magnam resolutionem humoris et inde se quirit rerum. Sed ut dicit Aristoteles. Odores qui sequuntur nutrimentum de per se ma-

De Sensu et Sensato.

gis grauitat caput. aut propter superfluitatem bus monis. aut propter superfluum siccitat. aut qd cum fumo nimis grosso deferuntur.

Sciendus est quinto qd inter
animalia est diversitas in modo vivendi. nam homines et animalia habentia sanguinem et pulmonem attribubunt odores mediante respiratione aeris et ita respiratio in eis ad duo est necessaria. scilicet ad refrigerium cordis et ad percipiendum odores. et illud contingit qd iuxta organum olfactus habet quoddam coperculum quod per respirationem retrahitur. et nisi retraheretur non contingere odo- rabile. Sed alia sunt animalia que percipiunt odores sine respiratione. Illud manifestat Aristoteles. per inductionem inducendo in animalibus aquaticis et in aliis animalibus habitatibus in terra ut sunt apes formice et cetera. et ista animalia non habent velamen iuxta organum olfactus sicut habent alia animalia. Nec propterea sequitur qd olfactus in ipsis animalibus specie differat ab olfactu in aliis animalibus. Illud probat philosophus eo qd odorabile est unius rationis in omnibus. ergo et olfactus. z probat per simile de visu. quia quidam sunt animalia que habent palpebras copertae oculos que non possunt videre nisi remouentur humidi palpebre. et alia sunt qd habent oculos et non habent palpebras. et ideo immediate videtur cum presentatur visibile. et tamen in ipsis ipsis visus est eiusdem rationis. igitur etiam ita dicendus est de olfactu. Vnde notatus sit.

Conclusio prima: Odores
Florum qui secundum se delectabiles sunt non distinguuntur secundum speciem per proportionem ad sapores. sed ipsos distinguit homo secundum diversa odorabilita. Prima pars p3 qd tales odores non consequuntur sapores. g. z. Secunda pars p3 quia nomina ipsis speciebus non sunt imposita. ergo homo solo ipsas species distinguunt penes diversitatem odorabilium.

Secunda conclusio ad quendam
Odores qui sequuntur sapores sicut qui per accidens delectabiles sunt secundum speciem distinguuntur secundum species saporis. Ista conclusio patet ex dictis. Probat etiam textus per inductionem ut patuit in precedenti capitulo ibi fit exceptio de una specie saporis.

Dubitatur primo vtrum olo-
factus mediet inter alios sensus. Respondet textus qd sic. unde dicit qd numerus sensuum est qui natius ergo non potest dividari per duas partesaequales. sed in medio manet olfactus qui cum gustu et tactu conuenit in modo cognoscendi suum sensibile. scilicet per medium coniunctum et extraneum. Convenit etiam cum gustu et tactu secundum qd quidam odores ad nutritionem ordinantur. Est etiam conuenientia eius ad visum et auditum quia percepit suum sensibile per medium extrinsecum. et quia odores deferuntur per aerem et aquam sicut deferuntur colores et soni. g. z.

Dicitur secundum se nutritius. Rendet philosophus qd non et hoc contra Pythagoricos. et arguitur sic. qd in animalibus est unus locus in quo recipitur cibus et illa que per se conferunt nutribili sicut est stomachus. sed odores directe vadunt ad cerebrum et non ad stomachum. igitur z. Alias rationes ponit philosophus in textu que clare sunt.

Dubitatur secundo vtrum

Odor sit secundum se nutritius. Rendet philosophus qd non et hoc contra Pythagoricos. et arguitur sic. qd in animalibus est unus locus in quo recipitur cibus et illa que per se conferunt nutribili sicut est stomachus. sed odores directe vadunt ad cerebrum et non ad stomachum. igitur z. Alias rationes ponit philosophus in textu que clare sunt.

Dubitatur tertio. Vtrum

Odores florum a solo homine percipiuntur. et videtur qd non quia tales fugiunt bruta si sunt fetidi ergo z. Ad dubium dicitur qd sic. et ad obiectiōē dicit textus qd bruta non fugiunt tales odores nisi solum per accidens inquantum scilicet corrupti sunt. odor enim causatur ex calido humido et sicco modo contingit qd odor fetidus ex magna discrepancia proveniat ex predicti qualitatibus et sicut talē odorem immutatur ad aliquam pessimā dispositionem que possit ipsa animalia corrumperē. et ideo hanc mutationem fugiunt. et eam magis percipiunt per tactum qd per olfactum. similiter ut cicit textus homines patiuntur a suino carbonum propter eius intemperatiām.

Dubitatur quarto. Quare

Vomo secundum quantitatē sui corporis maximum habet cerebrum. Rendet qd triplex est causa iaz dicta est superius ut scilicet frigiditas cerebri temperet calorē cordis. Alia causa est ut in ipso organa sensuum interiorum perfectus distinguatur. et illi sensus perfecti hoc proveniunt qd intellectu subserviunt. et sic p3 mō ad qd situm.

Queritur duodecimo Utrum

Qualitates sensibiles dividuntur in infinitū.

Arguitur primo qd sic qd qualitates sensibiles dividuntur ad divisionē subiectarum. scilicet subiecta ipsorum sunt in infinitū divisibilita. g. z. z. nisi sicut sequitur qd est aliquid corporeum non habens colorē vel aliam passionē. non est falsum. qd alias corporeas sensitibiles esse cōpiciuntur ex insensibili. qd est falsum. qd corpora mathematica non sunt principia corporum sensitibilium.

z. sic alia nostra nata est cognoscere oīa sensitibilia per sensum. et intelligibilia per intellectum. si igitur aliquid corporeum sit insensibile sequitur qd non cognoscere per sensum. g. cognoscere per intellectum si cognoscatur hoc est impossibile. qd intellectus nichil cognoscit nisi per sensum et cum tale corporis est penitus ignoratum et cum etiam qualitates sensibiles dividantur in infinitū. os aliquas magnitudinem esse insensibile ut dicit textus. ergo z.

De Sensu et Sensato.

Con oppo^g arguit. qz vniā quodqz sensibiliz p^rior^r actiu^r est in sensum. p^riu^m. in hoc enī cōsistit rō vniuersitatisqz sensibilis q^r possit mouere sensuz. g^o. si sensibilia sint in infinitū divisibilia cu^r sentire sit quoddā moueri sensibile. et motus qui fit secundū magnitudinē infinitaz sit infinitus. sequit^r q^r sentire sit in infinitū divisibile quod est falluz. Pro ratione ad questum.

Sciedum est primo q^r post q^r phis determinauit de organis et sensibili^b sensu^r. qn determinat quasda^r questiones circa sensus et sensibilia que sunt tres. Prima est qd presens. Secunda mouet circa immutatioem sensus a sensibili^b. Tertio monet aliam circa ipsum sensum.

Sciedum est secundo q^r se bilia sunt dupliciter divisibilia. uno^r secundū formā et spēm et ista divisione sit per differentias essentiales inter spēs. Alio^r divisibilia sunt secundū q^r recipiunt^r in continuo ad cuius distinctionē secundū numer^r dividunt^r. Continuū aut pōt dupliciter considerari. uno^r phis. p^r subicitur qualitatibus sensibili^b et illo^r nō est divisible in infinitū. nam dabilis est minima caro primo phisicor. Alio^r mathematice. s. p^r ibi sola quantitas considerat^r. h^o hoc potest duplicitate divisione. vno^r scz in partes e^{quales} et sicut dividitur in infinitū nisi atea fuerit actu infinitū. Alio^r pōt dividit in partes eiusdem proportionis et sic dividit pōt in infinitū.

Sciedum est tertio q^r qualities sensibiles q^r sunt forma et species nō sunt infinite secundū se. sunt tñ exūtes in continuo sicut in subiecto. ad cuius divisionē per accidentē dividunt^r. ideo sicut in continuo est aliquid in actu ut pars separata. et aliquid in potentia sicut pars in continuo exīs et non separata. ita est in binōi qualitatibus pars enī separata ē actu exīs ideo pōt actu sentiri. pars vero nō divisa est in potentia et sic nō sentit^r in actu. quāvis n. audiatur aliquis totus cant^r continuus. latet tamen auditū aliquid parciūz de cantu. Et ita dicendū est de aliis sensib^r. sunt n. in potentia sensibilia. nō aut in actu nisi qn separatur sicut in magnitudinib^r quod vnius est pedis ē in potentia in linea bipedali. et est actu qn dividit^r a toto. Ex pmissis p^r ē falsuz illud quod quidā dicunt mathemat. v^r q^r nullum totuz simul videtur. sed visus discurrit per ptes visibles divisibiles ac si videresit continuū sicut est moueri. Decipiunt^r enī in hoc q^r partes continui non sunt visibles in actu sed solū in potentia. vñ visus vtitur toto visibili ut quoddā indivisibili i suo genere nisi forte utatur partib^r indivisib^r sicut divisib^r. sicut cū sigillatum inspicit vna^r partem

post aliā. sed tñ adhuc nō pcedit v^r qz ad quas sām^r ptes minimas q^r sic sensibile dividere in infinitū quod ē incouenies. Sit g^o.

Conclusio prima. qualitates

Sensibiles nō sunt divisibiles in infinitū secundū specieē et formā. Probat. q^r qualitates sensibiles adiunice cōtrariant^r. sed in omī contrarietate reperiunt^r extrema. maxime distātia circa idem genus. ergo extrema sunt finita. sed extremis finitis necesse ē intermedia ē finita p^rō posteriore^r q^r alias nō fieret transitus de extre mo in extremuz. relinquit^r ergo q^r species medie finite sunt. vt inter albū et nigrum. et sic de aliis.

Conclusio secunda. qualita

tes sensibiles p^rie nō sunt in infinitū divisibiles secundū divisionē quātitatiuā. Probat. q^r que hac divisione dividuntur ad divisionē con tinui dividunt^r. q^r virt^r corporalis dividit secundū divisionē magnitudinis. cū g^o. virt^r materialis et corporalis sit finita q^r requirit debitā quantitatē in materia. sequit^r q^r si sensibilia dividēt in minima separata statim cōuerterent in corpus continens. puta: in aere vel aquā sicut aliquis part^r liquor pectus in mari cōuerteret in mare. ergo nullū corp^r naturale quod habet formas que curūt ad eē extē ipsius h^o. q^r binōi in infinitū dividit potest. nam debilitatē virtus adeo q^r statiz cōuerteret ad aliud. g^o. tq. Probat etiā p^r et parte sensus. Pro quo aduertendū est q^r quanto virtus sensitiva ē excellētior tanto minor immutatio organi a sensibili percipit. Manifestū est autē q^r quanto minus est sensibile tanto minorē facit immutationē et ideo indiget sensus excellētia i virtute ad hoc q^r sentiat talis immutatio. Potentia autem sensitiva non crescit in infinitū sicut neqz aliae virtutes naturales. ergo manifestū ē q^r si corpora sensibilia dividērentur in infinitū nō semper inveniretur superabundantia sensus in excellētia virtutis secundū superabundantia sensibilis in paruitate. alias virtus sensitiva es set infinita quod est fallsum. g^o cōclusio vera.

Aduertendū tñ q^r possunt esse quedā mag nitudines sensibiles que ppter ea^r puitates latent sensui. et quantum est de se habent potentiam actiu^r ad immutandū sensum. et sic nulla est magnitudo insensibilis quantū est de se q^r uis aliqua sit insensibilis et invisibilis ppter debilitatem visus vel sensus. Ex quibus pat^r responsto ad quēstum scz q^r nullum sensibile dividitur in infinitas partes actu sensibiles. nō repugnat tamen quin dividatur in aliquas partes que ppter puitatem non possunt sentiri ex parte sensus propter debilitatem virtutis sensitivaue tñ quantum est de se sensibiles sunt.

De Sensu et Sensato.

Ad rationes an̄ oppositum

Ad primā dicitur q̄ corpori in p̄tūz continuum nō repugnat diuidi ī infinitū. sibi tñ repugnat in p̄tūz est sub forma naturali que necessario requirit debitam quantitatēz materie. Ad secundā dicitur. q̄ corpus sensibile cōponit ex sensibilib⁹ secundū potentia⁹ et in ea potest resoluui. p̄t enim diuidi in partes ita' parnas q̄ statim oportunt in corpus cōtinens z nō possunt permanere ut dictum est. Ad tertiaz dicitur q̄ aliquid corpus p̄t diuidi in partes ita parnas q̄ nō sunt sensibiles nisi secundū potentia⁹ secundū. s. q̄ p̄tūgunt alii. Nec valet q̄ oia indiuidua alicuius speciei cognoscant a nobis. Dicitur ultra q̄ possum⁹ deuenire ex cognitiōe singulariuz in speciez. et sic p̄t r̄sio ad q̄stū rd.

Queritur T̄redecimo. vtruz

Sensibilia per prius veniant ad medium q̄ ad sensum. Arguitur q̄ sic ī primo de visibili auctoritate Empedoclis dicētis q̄ lumen est quodam corp⁹ et prius venit ad medium q̄ ad visu.

Z⁹ arguitur ratione. multiplicatio luminis in medio debet eē quidā motus. s. illud quod mouetur ab aliquo in aliquod prius ē in terio a quo q̄ in termino ad quē. s. phisiq. ergo mouetur in tpe. et omne tempus est diuisibile. ergo lumen successiue et in tempore fertur ad medium.

In oppo⁹ ē philo. in texu. Pro r̄sioe.

Sciendum est primo q̄ post q̄ phūs prosequutus est primaz questionez p̄nter accedit ad secundam que est de immutatione sensus a sensibilibus. Et q̄ sicut tangitur in textu questione nō habet difficultatem de auditu et odoratu. q̄ manifestū est ad sensuz q̄ aliquis de prope sentit odorē vel sonuz quē nondū sentit ille qui plus distat. et ideo est ibi successio. sonus enī posterius p̄uenit ad auditum q̄ fiat ictus percussione qui causat sonū sicut manifeste potest percipere qui percussionez a longe respicit. Questione et nō habet difficultatez de gustu et tactu q̄ nō sentiunt per medium extrinsecū et ideo sola difficultas restat de visibili vtruz prius p̄ueniat ad mediū q̄ ad sensuz vel non.

Pro responsione

Scienduz est secundo q̄ phi losophus assignat duas differētias inter visum et vna parte: et auditum et olfactum ex alia.

Prima est q̄ odor et son⁹ veniunt successiue ad sensus. nam aer vel aqua suscipit sonuz vel odorēz realiter et secundū substatiāz. et ideo nō p̄t immutari in instanti sed successiue. sicut p̄t in motu p̄iectōis in quo prima pars mouet secundā et tertią secundū h̄quandā successionem.

Sic est in sono qui causat ex quada⁹ percussio⁹ ne aeris et similiter de odore. nisi q̄ immutatio odoris sit per alteracionez medii. s. immutatio soni sit p̄ motū locale⁹. Sed de luce est alia ratio q̄ lumē nō p̄uenit ad visuz per multos mot⁹ sibi inuicē succedentes. sicut apparz in p̄iectōe lapidis. sed venit ad sensuz subito nec ē ibi successio. et q̄ totū mediu⁹ est vltimate dispositum ad susceptionē luminis ideo totū subito suscepit. nec est ibi successio sicut est in sono et odore. et h̄mō differentie ratio est q̄ illud quod recipitur in proprio subiecto et naturali p̄t in eo permanere et esse principiuz actionis. sed quod recipitur in alio sicut qualitas aduenticia nō p̄t permanere in eo nec esse principiū actionis.

Quia vero forme substatiāles sunt principia qualitatū et oīm accidentiū ideo illa qualitas recipitur secundū esse propriū et naturale que disponit subiectuz ad formā substatiālez cui⁹ est susceptiū. sicut aqua r̄de sue materie susceptiū ē forme substatiālis ignis. et ideo calor recipitur in aqua ut disponēs ipsam ad ignem et remoto igne adhuc remanet aqua calida potens calefacere. Et similiter odor recipit in aere secundū suū esse propriū et naturale. et sic immutata aqua vel aer ab enchytra siccitate et aer a percussione corporis immutatōe reali et naturali. et inde ē q̄ celsante percussione remanet sonus in aere. et remoto corpore odorifero adhuc sentitur odor in aere. ppter hoc q̄ pars aeris immutata a sono vel odore p̄t alia similiter immutare ut siāt diuer si motus sibi inuicē succedentes. sed dyaphanū nō est susceptiūz forme substatiālis corporis illuminatis puta solis qui est prima radix lūis. nec per susceptionē lūmis disponit ad aliquaz formaz substatiālez. et ideo recipit lumen in dyaphano ut q̄daz qualitas aduenticia et non remanet absente corpore illuminatōe. nec p̄t esse principiū actionis in aliud. ideo vna pars aeris nō illuminat ab alia. sed tot⁹ aer illuminat a p̄io illuminatōe quātuz p̄t se extendere virtus illuminatōis. et sic est vnu illuminās et vna illuminatio totus mediū. Secunda differētia est. q̄ illuminatio solū cōsequit̄ motuz localem. inō omnis mot⁹ localis successimus est r̄de magnitudinis pertransfibilis. nam in motu locali est motus vnius extremi in aliud extremuz. Et similiter ē successio in immutatiōe mediū a sono et odore. non enī immutat totū simul sed immutat vnam partē que immutat aliā. et sic successione p̄uenit immutatio ad olfactū et auditū per plures mot⁹. Et si alterans haberet virtutē supra totū alterabile non oporteret q̄ esset successio in ista alteratione. Contingit enī aliquā q̄ aliquid mediū simul totū alteratur et nō pars post partem sicut videmus q̄ tota aqua bene simul congelatur. sicut enī in motu locali cēpus

De Sensu et Sensato.

cōmensuratur magnitudini supra quā sit mot⁹
et secundū eius divisionē dividitur ut patet. 5º
phīlicoꝝ. Ita etiam in alteratione tempus cōmē
suratur distantie terminorꝝ et nō magnitudini.
et ideo maius tempus requiritur ceteris parib⁹
ad hoc q̄ de calido fiat frigidus quā ad hoc q̄
de tepido fiat frigidus q̄ minus distantia tepidū
et calidū q̄ frigidum et calidum. ob hoc si sunt a
liqua extrema inter q̄ non sit accipere medium
oportet q̄ de uno in aliud fiat transitus abs q̄
tempore medio. cōtradictio autē est oppositio
cuīus non est mediū secundū se. vt dicis p̄io
posteriorꝝ. et similiter inter priuationes et habitū
non est mediū formale sed priuatio solū pre-
suppōit subiectū. vnde priuatio nichil aliud est
quā negatio forme in subiecto. et ideo oēs mu-
tationes quāz termini sunt esse et nō esse vel de
priuatione in habitū sunt instantaneae. Ergo lu-
men non habet atrium in medio sed solū
sibi opponitur tenebra que priuatione sibi op-
ponit. ideo illuminatio fit subito. Et idē oportet
dicere de visione. nā mediū p̄portionaliter
immutat a visibilibus et oculus a medio.

Ex quo patet.

Conclusio Responsua Ad
quesitum q̄ scilicet simul immutatur ipsum medi-
um et organū visus a visibili ita q̄ visibile non
per prius venit ad medium q̄ ad visum. Patet
lumini nichil ē cōtrariū positiue sed solū pri-
uatione tenebra. ḡ illuminatio fit in instanti et
nō per motū localē. sicut dicimus de sanatione
q̄ uis sanatio sit termin⁹ motus alterationis. et
ita illuminatio motus localis. illuminatio tñ
non fit per alteracionē successiuā et si non est al-
teratio. habet enī modū alterationis solū. Qua
liter aut̄ alteratio successiuā est et qualiter nō. et
qualiter p̄t cōcordari illud quod in presenti
dicit phīlicoꝝ. s. q̄ omne quod mouetur partim ē in
termino a quo et partim in termino ad quēz. ali-
as dictum est.

Ad rationes ante oppositū
Ad primā dicitur q̄ auctoritas nō preuidicat
veritati. Ad secundā dicitur. illuminatio non
est motus sicut dictum est. sed est tantū termin⁹
motus localis et similis alterationi. vt dictū
est. Et hec de questione et sequit̄ alia.

Queritur Quartodecimo

Utrum contingat sensum plura simul sentire in
eodē indiuisibili tempore. Arguitur q̄ non
q̄ si sic v̄l sentiret p̄ diuersas potentias vel p̄
vna et eandē potentiaz. Non secundū vt dedi-
cat phīlus trib⁹ rationib⁹. pro quāz prima sup-
ponit p̄io q̄ mot⁹ maior impedit debilitē. et in-

de est q̄ cuīz aliquis vehementer intendit ad ali
quid non videt corpora ante ipsuz delata.

2º supponit q̄ sensibile simplex melius sen-
titur q̄ mixtū sicut vna nota per se melius au-
ditur q̄ per dyapason vel in alia mixtione.

Tunc arguitur sic. si multa sentiētur simul aut
in mutatione eoz essent euales aut in euales
si ineuales per primam suppositionem maior
motus faceret sensum et impediret minorem. si
euales mutuo se impeditrent et nichil sentireb̄.
nisi forte mixtū ex illis.

Secunda ratio vni
us potentie est unus visus et unus finis. Cum
igitur operatio sit finis potentie. sequitur q̄ im-
possibile est plura sentiri eodem actu et ab ea-
dem potentia.

Tertia ratio. cōtrarioꝝ con-
trarii sunt motus sicut calidi et frigidū calefactō
et infrigidatio q̄ contrariantur. sed contraria nō
possunt esse in eodem. ergo immutationes con-
trarioꝝ non simul erūt in eodem sensu. et si re-
linquitur q̄ nō contingit duo sensibilia eiusdem
sensus ab eodem sensu in eodez tempore sentiri
et per cōsequēs nec sensibilia diuersorꝝ sensuum
sicut album et dulce. q̄ plus distat q̄ sensibilia

eiusdem et per cōsequēs relinquitur ḡ. q̄ eadez
potentia nō possimus simul multa sentire nec
diuersis potentias vt videtur q̄ fundant̄ in ea-
dem essentia aīe. et propter hoc videm⁹ q̄ specu-
latio vehemens impedit visum alioꝝ sensuum.

et simul delectatio vehemens. ergo diuersis potē-
tis nō possum⁹ plura simul sentire.

Quarto sic. non contingit multa simul intelligere. 2º
topicorꝝ. ergo non contingit simul multa senti-
re. et confirmat̄ q̄ sicut impossibile ē idem corp⁹
secundū eandem partem diuersis figuris figura-
ri. ita impossibile est siam eandē simul secunduz
eandem partē diuersis formis sensibiliz actu-
ari.

In oppositū arguit̄. q̄ immutationes
sensuz particularium pertingunt ad sensuz cō-
munem. ergo sensus cōmuni potest simul ap-
prehendere plura sensibilia diuersorꝝ sensuum.
alias non ponet̄ cōuenientiaz et differentiam
inter sensibilia diuersorꝝ sensuum. vt patet

2º de anima. et idem sensus particularis simul
percipit contraria contenta sub uno subiecto et
eorum differentiaz cognoscit vt visus ponit dif-
ferentiam inter album et nigru. ergo oportet q̄
ea simul cognoscat.

Pro responsione
ad questionem.

Sciendum est primo q̄ post
q̄ phīlosophus soluit duas questiones precedē-
tes. consequenter prosequitur tertiam que sumi-
Flematice dormiunt
multi.

De Somno et Vigilia:

Conclusio tertia: **N**on
Quelibet impotentia sentiendi est somn^o. Pro-
bat textus duplice signo. Primum est qd; in defec-
tionibus anime animal redditur impotens ad
sentiendū et tamen non dormit. g^o r^d. Unū de-
fēctio aīe vocatur stat^o vite ut in principio aut
in fine vite. vel etiā aliqua eritudo ut extasis
vel demencia vel liturgia. Est enī demencia pas-
sio causata ex habundantia colere vel melancolie
in anteriori pte cerebri qd ligat ymaginatōez
ibi existentes. Sed Amencia causal ex habundā
tia sanguinis in media parte cerebri que ligat
extimatiā ibi extēntem. Et liturgia causal ex ba-
bundātia fleumatis in posteriori parte cerebri
extēns et ideo ligat memoriam. Aliud signu^r ē
de boībus qui ligantur in vena collī tales enīz
non sentiunt qd obstruunt meat^o per quos dese-
runt spūs sensitū. g^o cōclusio vera.

Dubitatur primo: Circa ter-
tum. Utru^s in corde sit principiū mot^o et pum^o
sensituum. Pro dubio sciendum est qd in
eadem parte est principiū sensus in qua est prin-
cipiū mot^o local^r et illa pīcula in boīb^o est inter
caput et intestina. Sit igitur.

Conclusio prima: In ani-
malibus habentibus sanguine cor est principa-
lis pars a qua fluit mot^o. et in aliis est pars pro-
portionalis cordi. Probab^r qd spūs sine calor
est principiū mot^o. sed in corde est principiū spū-
riū. ergo. maior patet qd spūs est quoddā corp^r
subtile evaporatiū mediātē calore subtili natu-
rali. g^o vbi est fons calorū ibi est principiū spū-
rit^o. sed in corde est fons calorū. g^o ibi est prin-
cipiū spiritus. Minor p^r qd vbi indigem^r respi-
ratione ad refrigeriū ibi ē fons calorū vbi ma-
net cor. qd nisi loc^r ille refrigeraretur statim aīal
suffocaret. ergo in hītibus sanguinē cor est prin-
cipiū motus et calorū. sed in non hītibus cor
ut sunt illa que decisa viuunt. pars proportiona-
lis cordi est pars in qua est spūs cōtempitans.
Quod autē spūs sit principiū mot^o p^r qd aīal
non operat sine vigore. sed spūs facit vigorē in
aīlibus qd cōseruatio et retentio spūs facit ro-
bur. et ista retentio in habentib^o sanguine fit p^r
aere humidiū attractū per inspirationē. et in nō
hītibus cor ē aliquid propotionale cordi a quo
mouet spūs ad succinctorū. ideo bīdī aīalia
dum mouent causant sonuz ex cōfusione bīdī
spiritus ad succinctorū. et est succinctorū que
dam pellicula diuidens bīdī aīalia p^r mediūz

Conclusio secunda: In co^r
de est principiū sensus. Patet qd animalia mo-
uentur facto aliquo sensu seu cognitione sensus
qd mouet animal p^r appetitū. et cognitio sens-
sus preuenit appetitū. ideo sensus animalis p^r

uenit motu. ergo vbi est principiū motus ibi est
principiū sensus. sed in corde est principiū mo-
tus g^o ibi est principiū sensus.

Dubitatur secundo: Utrum

Dormientes possunt exercere opera vigilantius
Dicitur qd sic p^r qd contingit qd in somno fanta-
sia sit soluta. et qd homo fantasietur de aliquo
prius sensato g^o sensus cōis per quandā subti-
lem evaporationē potest suscipere specie rese-
ratam in fantasia ac si immutaretur a sensu ex-
teriori. et facta ista immutatione erit executio o-
peris ac si dormiens vigilaret.

Dubitatur tertio: Quare

Dominus memorans de somniis et nō de actu-
bus vigilantius quos exercent dormiendo. puta
de motu brachii vel locutione. Causa est qd
memoria est reservata alicuius sensati ab ali-
quo sensu exteriori. sed fantasina quod est prin-
cipiū somni prius fuit sensatū a sensu exteriori
g^o de somno erit memoria. s^r dū dormientes ex-
ercent actus vigilantium oīs sensus exteriorum
sunt ligati et ita actus illi non primo sentiuntur
per sensu^r exteriorum. et sic non deferuntur ad me-
moriam. ergo in memoria non reservantur.

Ad rationes ante oppositū

Ad primam dicitur qd duplex est immobilitas
ipsius cordis et eius immutatio. quedā est local^r
et hoc mō non immobilitas vt p^r at r^d. Secū-
da est respectu sensu^r particularium que est carē-
tia influxus virtutis sensu^r ad sensu exteriorum
et hoc mō immobilitatur. Ad secū-
daz dicitur qd calor sic retrabil^r qd non plus miti-
etur ad sensu^r particulares. Ad tertiam dici-
tur qd sensu^r particulares prius imperfecte im-
mobilitat^r et sensu^r cōis. non tamen perfecte lu-
gātur quousq^r sensus cōis sit ligat^r. qd ad ob-
structionē meatiūz per quos influit sensus se-
quitur priuatio fluxus sensu^r cōunis ad sensu^r
particulares et tunc sequit^r somn^o. et bec de
questione. Sequitur in textu.

Quare ante dormientes r^d.

Queritur quarto: Utrum

Dissimilitudo somni sit sufficiens in qua dicitur so-
nus est conuenit et reciprocatio calorū natura-
lis ab exterioribus ad interiora propter evapo-
rationē ascendentē ad cerebrum ibidem infre-
gidataz et item descendentez et obstruentem
meatus sensitivos propter salutem animalium

Arguitur qd non qd si sic sequeretur qd via
et generaliter calida non essent somnifera. patet
consequētia quia impediret infrigitationē qd
requiritur in somno. z^r multa aīalia dor-
munt per totam hyemen ut docet experientia.
et tamen in talibus non est conuenit reciproca

diffinito som

De Somno et Vigilia.

tio caloris naturalis ab exterioribus ad interiora. g. 2d. 3o si diffinatio esset sufficiens seq̄ retri & plantis in eis somnus quod prius imp̄ batum est. & patet consequentia quia in ipsis est reciprocatio caloris naturalis ab exteriorib⁹ ad interiora. In oppositum est philosophus in tertio. Pro responsione.

Sciendum est primo. q̄ post p̄bū ostendit quibus in eis somnus & vigilia & quibus non & quibus est passio: cōsequēter inquirit de causis ipsius somni. quibus investigatis infert diffinitionē somni.

Conclusio prima: Causa finalis ipsius somni est salus animalium. Probatur q̄ propter diuturnā actionem partes sensitae fatigantur. ergo somn⁹ in quo ē quies partis sensitae recuperans & restaurans desperdata in sensatione ordinatur ad salutē animalium sicut ad fines. Ex cōclusione sequitur q̄ ei⁹ vigilia est finis somni. Patet q̄ salus animalium est in vigilia sentire enim in sensitivis est quid optimū sicut intelligere in intellectuīs. ergo p̄ quietem qui est in somno melius exercentur vigilie que sunt sentire & ante somnum. sequitur ergo q̄ vigilia est etiā finis somni. est tamē finis somni quantū ad bene esse animalis. & salus animalis quantū ad esse est finis.

Conclusio secunda. Cor et cerebrum sunt causa efficiens ipsius somni.

Prima & principalis pars patet q̄ cor de sua natura est calidū. & cerebrum naturaliter est frigidum. frigiditas autē cerebri deseruit ad temperamentū caloris cordis. somn⁹ aut̄ est passio sensus cōis ut patuit supra. sed sensatio incipit a corde & perficitur in cerebro. ergo cōclusio vera. Unde cor per calorem suum est causa evaporationis ascendentis ad cereb̄. & cereb̄ p̄ frigiditatem suam est causa ingrossationis & de scensu humidi vaporis & per cōsequens obstructionis meatuum. & illa duo dicuntur facere somnum.

Conclusio tertia causa somni qua vitetur causa efficiens est vapor grossus obstruens viam spirituum sensitivoꝝ. Patet q̄ somnus est impotens sentiendi ex privatione spirituum sensitivoꝝ quibus priuantur sensus particulares facta obstrukcione meatuum & viarum per quos diriuantur sp̄s sensitui a sensu cōi qui est fons sensualitatis in sensu exteroꝝ.

Istud etiā p̄ a signo. q̄ homines naturaliter humidū sunt magni somni sicut sunt pueri & flematici. similiter egritudines humide & calide cōfortant somnum. similiter labor causat somnum q̄ per labores cōsumunt & exiccant humores.

congelati & ingrossati & resoluuntur in vapores qui obstruunt meatus spirituum sensitivoꝝ. similiter nutrimentū humidū & calidū est causa somni ut vnuꝝ & sic de aliis. Ideo dicit p̄bū q̄ pueri & nutrices non debet potare vnuꝝ nisi mixtum sit cū multa aqua. nūc ille enim differt puerū bibere v̄l nutricē. nā ut dicit Seneca virtus nutriti manet in lacte nutricis. pueri enim cum sint naturaliter humidi & calidi multū dormiunt & si biberent vnuꝝ amplius dormirent & efficerentur epilentiū. est autem epilentia morbus obstruens vias respirationis & inspiratioꝝ in somno. s. arteriam vocalem propter habundantiam humorū & ideo boves patientes talem egreditudinem moriuntur dormiendo si permittantur dormire secundū eoz inclinationem. Et hec omnia p̄bant & vapor excessivus obstruens viā & meatus spirituum est causa materialis somni. s. qua vniatur causa efficiens. Patet etiam 2o alio signo. q̄ habentes parnas venas & meatus angustas sunt magni somni. & similiter habentes grossa capita & humida sicut sunt pueri. Sed colericī sunt parui somni q̄ excessivus calor eoz statim cōsumit humorē & vaporē obstruētē viā spirituum sensitivoꝝ. ideo etiam tales sunt iocundū sicut & sanguinei. quia calor in ipsis generat spiriꝝ subtile. ideo sanguinei & colericī patrum comedunt sed sepe. quia paruum nutrimentum receptum in stomachi eoz statim cōsumit per excellentem calorem eoz & in sumum resolutur. & ita in ipsis nutrimentum non potest ad fundum stomachi descendere. Melancolici vero & flematici multum cōmedunt. q̄ propter debilitatem caloris cibis non rarefit. & ita stomachus eoz non repletur quousq; sit plenus cibis nec cessat eoz appetitus nisi repleti cibis.

Conclusio quarta: Causa formalis somni est priuatio vigilie. Patet ex dictis. ostensum est enim q̄ somnus est a sensibus exterioribus & sensu communī ideo materia in qua est somnus est ille sensus cōmuni in quo est priuatio vigilie. Nec est contra hoc q̄ dictum est. s. q̄ est causa efficiens & ita coincidit in una re.

Ex precedentibus ergo patet quomodo causatur somnus. nā per calorem cordis & stomachi nutrimentum conuertitur in vapores ad cerebrum ascendentēs. vbi propter frigiditatem cerebri ingrossantur & descendunt per vias spūum sensitivoꝝ. & descendendo obstruunt ipsas vias & obstruendo vias priuant vigiliaꝝ a sensibus. Causa ergo efficiens est cor. secunda est cerebrum. tercia est vapor ingrossatus qui etiā materialiter vt dictum est etiam est proxima efficiens causa somni. Causa vero materialis in qua est somnus est primum sensitivū a quo priuatur vigilia seu sensus communis. Sed causa

De Somno et Vigilia.

formalis est priuatio viglie eo modo quo habet causam formalē. Et finalis causa est salus aialis aut etiā vigilia.

Conclusio Responsiva Ad quesitum. Diffinitio somni est sufficiens. Patet quia explicat omēs causas ipsius somni. et priu-
mo cauī a formalem. s. priuationem viglie cum dicitur q̄ est p̄uentus et reciprocatio calorū ad intra. nā ex hoc q̄ calor non diruitur a corde in sensus exteriorēs qui quidē calor est cum spiritibus sensitivis priuatūr vigilia et operatio sensuum exteriorū. Alie cause satis exprimuntur in diffinitione. Et sic patet q̄ ad somnum requiruntur calida et humida. calidum sc̄z quod est exalatum. et humidū quod est exalabile id si-
ca simpliciter et frigida impediunt somnū.

Conclusio vltima. Completio seu complementum digestionis est naturalis causa viglie et dissolutionis somni. Patet quia completa digestione dissoluuntur vapores grossi qui proprie causant somnum ut dictū est. Sed causa per accidens viglie et dissolutionis somni est motus vel tremor cordis. q̄ impetus motus cordis causat impetuosam multitudinem spirituum qui apperirent vias per evaporationes obstructas. et bieuter omnia que faciunt aperturā meatūz sensitivōz dissoluunt somnum vel inducunt vigiliāz. sicut magnus motus cordis qui facit evaporationes sedere. et etiam magnus motus ab exteriori proueniens siue sit motus localis siue motus alterationis ut puta calefactionis siue frigefactionis.

Dubitatur primo: Utrum Vigilia precedat somnū. R̄ndetur q̄ sic q̄ vigilia est habitus et somnus est priuatio. igitur tq̄. Patet etiā aliunde q̄ somnus ut ait cōmētator est recessus virtutis sensitiae ab exterioribus ad interioria. qui quidē recessus fit propter priuationē influxus sensus communis ad sensus exteriorēs. et illa virtus sensitua causat vigiliāz. modo nichil recedit ab aliquo loco nisi prius existat in eo ante q̄ recedat. ḡ. tq̄.

Dubitatur secundo. Quare quedam animalia dormiunt oculis apertis. Dicendū est q̄ illud maxime contingit in animalibus timidis que propter timorem detinent oculos apertos quā diu possunt. cum autē in somno exteriora frigefiunt quia calor attrahitur ad interiora ut dictum est palpebre talū animaliū ut in rugam cōmuniter contrahunt et constriguntur ligatus sensibus per somnū et sic apertis oculis dormiunt.

Ad rationes ante oppositūz

Ad primam dicendum est q̄ sicut est in maiori mundo ita ē in animali. nāz per calorez solis eleuatur vapor ad medianam regionē aeris ubi propter frigiditatem loci convertitur in aquā et de osū cadit: sic etiā in animalib⁹ per calorez cordis et stomachi eluantur vapores ad cerebrum ubi ingrossantur et descendunt modo iaz dicto et sic causant somnū. Et ita calida et humida somnū causant. quia calida causat evaporationē. et humida evaporabilitia sunt. Ad secundam dicitur q̄ illa animalia plus recipiunt de nutrimento ī estate q̄ calor su⁹ possit digerere et ita per totā hysēm calor potest digerere continue et digerere nutrimentū illud. et cū habeant debilem calorem per multū tempus manent meatus obstruti. Ad tertiam patuit solutio supra quia reciprocatio calorū non fit propter eandem rationem in animalib⁹ et in plantis. et ideo plante non dormiunt nisi in hysēm ut supra dictum est. Sequitur in textu. Post hec querendum autem est.

calida et humida.
somnū causant.

Queritur quinto. Utrum Somnium sit passio partis sensitiae. Arguitur q̄ non quia somnia contingunt tantum in somno. quia somnus est ligatio sensituum. ergo somnus non indicatur sensu. ergo non est passio partis sensitiae. In oppo⁹ est ph̄us in textu. Pro r̄nsione.

Sciendum est primo. q̄ post q̄ philosophus determinauit de somno et vigilia. consequenter agit de his que contingunt in somno scilicet de somnio et de diuinatione futurorum que fit per somnia. Et quia somnium plures habet causas naturales q̄ diuinatione. ideo prius tractat de somnio q̄ de diuinatione. Et primo inquirit subiectum eius. postea quid sit somnū. Et hoc ratiōabiliter. quia somnū est quedam passio. Sed omnis passio habet cognoscī per suum subiectum. ḡ. tq̄.

Sciendum est secundo. q̄ Spe cies sensibiles manent in sensibus ab extintibus sensibilibus. et hoc manifestum est in sensibus interioribus. Et de exterioribus probat philosophus per quedā signa. Primum est q̄ cū visus aspicit excellens visibile et deinde cōvertitur ad debiliora visibilia non potest ea videre. et hoc est quia species priors visibilis adhuc sunt in visu que impediunt visionem alterius visibilis. Secundum est quia si aliquis debite aspiciat solez et deinde claudat oculos apparebit sibi q̄ adhuc lumen excellens videbit. et post

De Somno et Vigilia.

ea mutabitur in puniceum colorem; deinde in rubrum et postmodum in nigrum quando totaliter deficit lumen referatum. Aliud signum quia cum aliquis aspiciat diu rem velociter mutari et se convertat ad alias videbuntur sibi moveri. Aliud signum est quod aliqui propter magnos sonos efficiuntur surdi et propter excellentes odores non possunt alios odorare quia precessentes in sensu remanent. Supponitur ulti-
merius ex ante dictis quod in dormiente sunt multi vapores et species qui discurrent per vias spirituum sensitiorum non solum in meatu sensus communis ad sensus exteriores. ymo etiam in meatu ad sensus exteriores. et cum in sensu manent species abeuntibus sensibilibus illae species informabunt huiusmodi vapores.
Vnde premissis sit.

Conclusio responsiva. Somnium est passio sensus communis secundum fantasias est. Probatur prima pars. quia ex quo somnum non est sine somno. sequitur quod eiusdem partis sunt somnus et somnium. ergo et cetera. Item somnium est cognitio sensitiva. quia per somnum cognoscimus sensum ut hic et nunc que sunt conditiones cognitionis sensitiae et non intellectus. in somno tamen aliquando habemus operationem intellectus a ratione que non debet vocari somnium. Secunda pars patet quia sensus communis est fons totius sensualitatis. ergo ab eo procedit unus meatus versus sensus exteriores. et aliis versus sensus interiores. quod organa sunt in cellula cerebri. sed somniis non est primi sensitivi secundum primam habitudinem scilicet ad sensus exteriores quia secundum illam habitudinem sensus communis ligatus est in somno et obstrutus ab evaporatione nutrimenti. ergo oportet quod somnium sit passio primi sensitivi in habitudine ad sensus interiores qui omnes communis nomine dicuntur fantasias. licet ab ea distinguatur ut patebit infra. ergo conclusio vera. Aduertendum est quod nichil prohibet viam que est a sensu communis ad sensus exteriores esse totaliter obstructam per vapores. et tandem vias que est a sensu communis ad interiores sensus non esse obstructam sed aliqualiter aperitam. quia potest repleri subtili vapore non totaliter obstruente huiusmodi viam. Ex quo patet quod somnia contingunt per divinationem et redundantiam fantasmatum reservatorum in fantasias in sensum communem ipsum actuando. Patet quia sensus non iudicat nisi sit informatus per species sensibiles. sed in somno sensus communis non potest informari per species acceptas a sensibilibus exterioribus cum sensus exteriores sint ligati. ergo in somnio iudicium

venit ex redundantia fantasmatum de fantasias in ipsum sensum communem. Et potest probari in exemplo quo flamma candela descendit et superiori candela in inferiore extinctam ipsam illuminando. Ita parvamente derivant fantasmas a fantasias per subtilem evaporationes in sensum communem. et quia sensus communis terminatur actione sensus particula-
rium. ideo iudicatur in somnio quemadmodum iudicatur in vigilia. et de fantasmatum sibi presenta-
to iudicatur quod sit res cuius est fantasias. et animali videtur et viglet.

Conclusio secunda. Diffi-
nitio somni est sufficiens in qua dicitur quod est appa-
ritio fantastica in simpliciter dormiente. Patet
quia homo simpliciter dormit quando ligatis sunt
sensus exteriores. sed somnium est apparitio facta
ligatis sensibus exterioribus. ergo somnium est
apparitio fantastica in simpliciter dormiente.

Venuntamen aliquando contingit sensum
communem ligari quantum ad viam sensu-
rum exteriorum et tunc contingunt somnia. Ex
quo patet.

Conclusio tertia. In princi-
pio somni non causantur somnia sicut in fine
somni. Quia in principio somni vapores sunt
grossi multi et indigisti et inde claudunt vias sen-
sum exteriorum. sed in fine somni vapores
sunt subtiles et digesti et sic non obstruunt viam
ad sensus interiores sed magis informant sensum
communem modo predicto. Patet ulti-
merius quare in principio noctis et somni som-
nia magis deserta et diformia apparent quod in fine. Quia in principio vapores sunt multi et for-
titer moti ideo raro deferunt fantasmas unius
formiter sicut videmus et aqua mota ante specu-
culum non perfecte representat formam rei. Et
eodem principio contingit quod homines passio-
nati frenesi diformia et horrenda babent fantasmas
et etiam somnia. quia timor et ut firmitas
et huiusmodi mouent vapores. qui moti diffor-
mia fantasmas representant. Aduerten-
dum est quod textus consequenter aliam diffinitio-
nem somni subiungit que talis est. Somnium
est fantasma quod est in motu simulacrum.
cum in dormiendo fit et in eo et dormit. Per hoc
enim quod dicitur santama et in motu si-
mulacrum remouetur somnium ab apparitio-
nibus intellectus qui quandoque exercentur in
dormiendo. Et per hoc quod dicitur cum in dormi-
endo fit remouetur ab apparitionibus que sunt
in vigilando propter motum et turbationem hu-
morum et vaporum qui causantur ab egritudi-
ne. Et per hoc quod dicitur in eo quod dormit
remouetur ab actibus vigilantium qui quandoque
excentur in somnio.

Somnus

Omnes sensus exteriores
non in omnibus sunt
fantasia.

De Somno et Vigilia.

Dubitatur primo. Utrum

animal semper memoretur somniorum suorum.

Respondeatur quod aliquando memoratur et aliquando non. Cuius causa est. quia quandoque contingit viam existentem inter fantasiam et memoriam esse totaliter obstructam et tamen que est a fantasia ad sensum communem est aperta et tunc animal potest somniare et non recordari. Aliquando vero via que est a fantasia ad me moriam non est omnino obstructa et tunc animal memorari potest suorum somniorum. et quandoque recordatur imperfecte et quandoque magis perfecte. et quandoque etiam ordinate recordatur.

Dubitatur secundo. Quare

Pueri putant se terribilia videre plures precipue in principio noctis. Dicitur quod hoc est propter motum simulacrum sive fantasmatis. nam pueri iudicant sic esse sicut simulacula representant quia in eis non est iudicium rationis corrigendum pueri puri ratione videntur. et ista de causa pueri et mulieres et viri tumidi et etiam frebicitates aut alii infirmi solitarie existentes dicunt se vidisse mortuos ad oculos suos et alia multa terribilia que eis apparent ex motu simulacrorum. Nec tamen eis contingunt propter timorem. nam existentes in timore aut alia passione faciliter decipiuntur.

Dubitatur tertio. Quare homines somniant magis in senectute quam in iuventute.

Causa est. quia in iuventute calor fortis est et ideo facit magnam evaporationem que sufficit obstruere meatus sensus communis ad exteriores et inferiores sensus. sed in senectute calor tepescit et ideo non fit ita magna evaporation nec ita sepe obstruitur meatus sensus communis ad inferiores sensus et ista de causa etiam continuantes sepe somniant.

Ad rationes ante oppositus

Ad primam dicitur quod bene probat quod somnum non est passio sensus communis precise sed in ordine ad fantasiam ut dictum est. nam et si sensus somnium non percipiat et se somniare secundum se et absolute percipitur tamen eius actio in potentia superiori. et ideo probat textus quod somnum non est passio intellectus neque sensus communis absolute sed secundum quod fantasticus est sive secundum quod immutatur a specie reservata in fantasia. et sequitur in textu.

De divinatione vero que in somnis videtur.

Queritur sexto. Utrum

Divinatio futurorum effectus que sit per som-

nia sit homini possibilis. et utrum sit aliqua talis. Arguitur quod sic illud quod communiter homines experiuntur rationabile est evenire. nam quod communis fama famat non omnino desperditur. et ethicoz. sed aliqui videntur facere aliquam significationem futurorum et huiusmodi. g. Secundo. per causam possumus devenire in cognitionem effectuum. sed quedam somnia sunt cause futurorum effectuum ergo per ipsa possumus cognoscere futura. Minor patet per experientiam de quodam homine qui vestimentum suum perdidit de die nec eam poterat invenire. et quoniā in somnio recordat⁹ ē loci in quo eam dimiserat. expergesfactus uit ad locū et eam inuenit. Ad oppositum arguitur sic quia somnium non habet rationabilem causaz. per quam presagium sit alicuius futuri. quare communiter contingunt somnia fatuis et raro prudentibus qui tamen deo amantissimi sunt. 8. ethic. ergo. - Pro ratione ad quelliuz.

Sciendum est primo. quod post philosophus determinauit de somnio. consequenter agit de divinatione futurorum que accedit in somnis et a somniis. et dicitur in somnis propter divinationes que sunt in vigilia per artes magicas. et dicitur a somniis propter divinationes que possunt fieri a viris sanctis propter revelationes divinas eis factas. agit ergo philosophus de divinatione que est in somnis et a somniis.

Sciendum est secundo quod Stoici dixerint ista somnia et presagia futurorum a deo esse immissa. Veritatem licet hoc fieri aliquando contingat. non tamen est naturaliter verum secundum naturam cursum. nam deus virtu aliter agit in remotum per causam medium. ideo non agit in animam illo modo nisi media te corpore celesti. Unde secundum philosophum somniorum quedam capiunt originez ex parte corporis vel anime sive ex parte nature. quodam vero non capiunt originem ex parte naturae sed aliunde habent principium.

Sit igitur.

Conclusio prima. Somnia que habent a nobis originem aliquando sunt solum signa futurorum. aliquando vero cause futurorum. Prima pars patet. nam aliquando somnia eveniunt consimilia corpori sive complexiori. et fleumatici semper somniant de aquis et de aquaticis sicut eorum corpus est aquaticum. Colericci vero de igne. Sanguinei de aere. et quia volant vel aliquid agunt. Melan colici vero somniant terrestria. et ideo ex somnis frequentibus homo potest suam complexionem.

De Somno et Vigilia.

cognoscere. Similiter aliquando ex parte anime contingit ut somnia assimiletur disponi anime. sicut studiosus habet somnia studiosa primo ethicorum. et praus habet somnia depravata. et quilibet somniat ex parte anime secundum dispositioem anime ut qui liberalis est somniat dare. et avarus somniat inuentiones thesauri. talia igitur somnia sunt signa certa dispositionis anime vel corporis. Aliquando vero huiusmodi somnia sunt cause futurorum que admodum motus diurni sunt cause horum motuum nocturnorum. Verbi gratia. ut que de nocte somniamus in die cogitamus et sepe facimus. Unde recitat Galienus de quadam infirmitate qui somniavit et si minueretur inter duos digestos sanaretur. surerit et fecit minui et curatus est nam communiter homines intendentis finem aliquem si in somnis videant aliquid medium ad illum finem communiter in die ad hoc intendunt. et aliquando contingit et tale medium perficitur. et sic per accidens somnum est causa futuri actus. Pro secunda conclusione sciendum est et Stoici crediderunt somnia nobis immitti a deo. Alcina quoque credit et immitterent a datore formarum. quod videt etiam cedere Averrois dicens et ista cognitio nobilissima largitur a substantia immateriali. Sed has opiniones reprobat philosophus. nam hec demonibus et satius immittunt quod est signum et ab aliqua intelligentia agente hac ratione non in sunt. et ideo Aristoteles refert somnia quorum principium non est in nobis ad influentias corporis celestis. vel ad continens. puta ad aeternum calidum vel frigidum.

Sit igitur.

Conclusio secunda. **S**omnia quarum influentia celestis est principium vel etiam continens sunt signa futurorum. Patet et quod corpus nostrum immutatur ab influentia celestis corporis. corpore autem immutato immutatur imaginatio dormientis. et sic aliisque fantasie apparent dormientibus consimiles celestibus dispositionibus et etiam conformes. ut si in hoc anno semper somniari ardorez. hoc est signum dominii martis habentis virtutem supra calorem. tale igitur somnium signum est futuri caloris. illud igitur somnum non est causa futuri. sed est signum causae alicuius futuri. quod vero satui et demetes et melancolici habent fantasiam vacua ideo faciliter recipiunt illa fantasmatam et boves sapientes et docti. eo quod maiores motus impediunt minores. et hac de causa hec fantasmatata contingunt de nocte et non de die. Ex predictis respondet ad quod

sunt scilicet et si quis utatur somniis ad preconoscendum futura secundum et somnia procedunt et causa naturali intrinseca vel extrinseca quantum potest virtus talis cause se extendere non est illicita divinatio. Verumtamen est et aliquod est spiritualis causa ut quandoque quedam somnia sunt a deo ministerio angelorum et tunc immittunt viris sanctis et in illis somniis reuelant aliqua futura. Et hoc modo potest homo eis licite uti ad preconoscendum futura. Quodvero operatione demonum aliquae fantasie apparunt dormientibus et quibus aliqua futura eis reuelantur et cum eis habent facta illicita. et talibus somniis homines non possunt uti licite de futuro preconoscendo. quoniam talis divinatio superstitionis est et illicita. Somnia ergo quod est spiritualis causa diversa sunt. ergo et cetera. Est aduentum et nomine divinationis intelligitur quadam prenuntiatio de futuris. Futura autem duplamente possunt cognosci. uno modo in suis causis. alio modo in seipsis. Causae autem futurorum tripliciter se habent quedam enim necessario producunt suos effectus. et huiusmodi effectus possunt cognosci a nobis per certitudinem et etiam prenoscari sicut astrologi cognoscant eclipses futuras. Quedam vero causae producunt suos effectus non ex necessitate et semper sed ut in pluribus. et per has causas possunt cognosci effectus futuri non per certitudinem sed per quandam coniecturam sicut per concursum stellarum astrologi possunt indicare de pluviis et frigoribus. et medici de sanitate vel morte hominis. Quedam etiam sunt cause que in differenter se habent ad producendum suos effectus et per tales causas non possumus cognoscere effectus futuros neque etiam si effectus eveniant ut in paucioribus possumus ipsos cognoscere sed cognoscimus ipsos in seipsis cum presentes sunt. sicut cognoscimus sorte curriere duos currit. Sed cognoscere tales effectus antequam fiant proprium est prime cause. Si ergo quis talia futura prenuntiare quomodo libet presumper nisi forte deo reuelante manifeste usurpat sibi quod est dei proprium. Sicut ergo non dicitur divinatio si quis prenuntiet ea que necessario eveniunt vel ut in pluribus que humana ratione cognosci possunt: ita nec si quis futura contingita prenuntiet deo reuelante. Sed dicitur aliquis divinare secundum et divinatio sonat in malum quando sibi indebet usurpat id quod soli deo conuenit per enunciationem futuorum eventuum. Et sic patet responsio ad quesitum.

De Longitudine et breuitate vite.

Rationes antē oppositum sunt solute. Et tantum de questione et per conse quens de toto libro Aristotelis de somno et vi gilia. et cetera.

Sequitur in textu.

De eo autē quod ē hoc qui deꝝ eē longe vite aīaliūz. hoc autē breuis vite. et cetera:

Ira inicium libri de Lon gitudine et bre uitate vite. mouetur talis questio:

Utrum humidum et caliduz

Sint cause longe vite in viventibus et corrupti bilibus. Et arguitur q̄ non. quia calidum et humidum non sunt causa vite. ergo non sunt causa longe vite. Antecedens pater quia ca lidum et humidum sunt causa putrefactionis. nam magis sit putrefactio tempore calido et hu mido: q̄ tempore frigido et sicco. Et confirmatur ratio. quia calidum et humidum sunt causa cor ruptionis. quia calidum consumit humidum. et humidum extinguit calidum. igitur et cetera.

Secundo. si calidum esset causa longitudi nis vite. vel esset igneum vel aereum. non igne um. quia est desiccatum. nec aereum. quia est nimis debile et sic non est digestuum. Et si militer arguitur de humido. quia vel effz aque um vel aereum. non aqueum quia extingueret calidum et esset faciliter congelabile. nec aereum quia esset cito desiccabile. In oppositum est philosophus in textu.

Pro responsione.

Sciendum est primo. q̄ post ea que determinata sunt in libris precedentibꝫ philosophus in hoc libro determinat de causis longitudinis et breuitatis vite. et hoc in vniuersali. quia determinare de ipsis in speciali pertinet ad libruꝫ de animalibus et plantis et ad me dicum et astrologum. ad hos enim pertinet de terminare in particulari de causis longitudinis et breuitatis humane vite. Et quamvis vita et mors sint cōmuniōra sensu quia insunt viventi bus et generantibus. tamen liber de sensu et sensato. de memoria et reminiscencia. de somno et vigilia precedunt hunc librum et etiam libuꝫ de morte et vita propter conuenientiam quam habent cum libro de aīa.

Scienduz est secundo q̄ cor ruptio est communio: q̄ mors. quia corruptio conuenit omnibus generabilibus. mors autem proprie tenuit vniētibꝫ. idco phūs primo agit de causis corruptiōis. ondēdo q̄ sūt p se corrup tibilia et q̄ nō taz in substantiis q̄ in accidētiis

De Longitudine et breuitate vite.

bus. Et quia alias de ipsis determinatum est in libro de generatione. ideo pro nunc non repetentur ea.

Sciendum est tertio. qd ante philosophus assignet veras causas vniuersales longitudinis et breuitatis vite in omnibus viuentibus. per prius remouer quasdam causas qd nō sunt vniuersales cause longitudinis et breuitatis vite. Dicit.n. pto qd eē magne & tanta nō ē p se causa sufficiens longe vite. equus enim maior est homine et tamen homo est longioris vite. Similiter duricies non est causa sufficiens longe vite. nā plante nō sunt vniuersaliter longioris vite animalibus licet quedam plante sint longioris vite quibusdam animalibus. Similiter habere sanguinem non est causa sufficiens longe vite. nā apes qd sunt exangues diutius vivunt quibusdam habentibus sanguinem. Similiter esse exangue non est causa sufficiens longitudinis vite. quia quedam exangua nō sunt longioris vite quibusdam habentibus sanguinem. Similiter esse in terra non est causa sufficiens longioris vite. nec etiam esse gressibile. nam plante et quedam animalia gressibilia sunt breuiores vite quibusdam animalibus aquaticis. et etiā in quibusdam econtrario. ideo esse aquaticum non est sufficiens causa longioris vite.

Sciendum est quarto. qd Ad hoc qd calidum et humidum sint per se cause longe vite in viuentibus quinqz conditiones requiruntur. Primo qd sint multa ex par quantitatis ideo maiora vt in pluribus ceteris paribus sunt longiori vite quia habent magnius caliduz et humiduz. 2o requiritur qd sint bene proportionata adiuvicem et cum suis contrariis ne unum faciliter corruptat aliud et contra. propter primam conditionem elefantes sunt longe vite. et propter secundam homines sunt longe vite. Tertio requiritur ex parte humidi qd non sit faciliter passibile et deficibile sicut est humidum aereum purum. nec sit faciliter gelabile sicut humidū aqueū purū iō tale humidum debet esse pingue et viscosus vt sit bene nutritium et non sit faciliter congelabile et infrigidabile. Quarto requiritur qd caliduz et humidum non sint numerus excellentia quia si sic essent corruptiva complexionis naturalis que consistit in medio temperato. et ideo anima multum cobitina ceteris paribus sunt breuiores vite. et hoc pppter rebemete; caliditez qd procreatur in coitu que resolut humores et eos evaporat et ob hoc sperma superflue emissum ato inducit senum et propter hoc mulus est lon-

goris vite equo et asino ex quibus generatur.

Femelle etiam quandoqz sunt longioris vite masculis qd masculi sunt magis cobitini et pppter hoc passeres masculi sunt breuiores vite semelis quia masculi sunt multum cobitini. verum est tamen qd secundum naturam masculus est longioris vite qd sit femella quia femelle abundant in humido et deficiunt in calido.

Quinta conditio est qd calidum et humidum sint intranea et extranea.

Sit igitur.

Conclusio Responsiva Ad quesitum. Calidum et humidum cum ceteris conditionibus sunt cause vniuersales longe vite in omnibus viuentibus corruptibilis. Probatur conclusio quia eadem sunt cause vite et vite longe. ex quibus enim aliquid est et ex eisdem nutritur. sed vita consistit in calido et humido. ergo calidum et humidum secundum modos predictos sunt cause longe vite. Minor patet quia omne vivens natum est ex calido frigido humidu et sicco. frigidum autem et siccum sunt mortifera. nam constringunt et immobilitant. ideo terra que est frigida et sicca est immobilis. vita autem indicatur per sensum et motum ideo frigidum et siccum non sunt causa vite longe sed pocius mortis. Restat igitur qd calidum et humidum sunt causa vite. calidum autem dilatat humidum et ipsum mouet. et ideo vita consistit in calido et humidu. nam in omni mortalitate mutatio per digestionem que fit a calido. oportet enim nutrimentum esse humidum ut sit bene susceptuum impressionu et dilatari possit ad singulas partes viuentis. igitur et cetera.

Ex istis sequitur qd calidum igneum purum non est causa longe vite. quia est desiccatum et adustum nimis. Nec etiam humidum aereum purum est causa longe vite quia est nimis subtile et faciliter desiccabile. Sed calidū quod debet esse mixtum ex calido igneo et aereo. ex igne quidem ut sit digestuum. et ex aereo ut sit temperatum. Et similiter humidum aquenū purum non est causa longe vite. quia est nimis infrigidabile et congelabile et extinguit calidum ideo debet esse mixtū cum humidu aereo. quare Aduertēdū ē qd calidū et humidū debet esse aera. Ex dictis satis patet qd senectus satur ex defectu calidi et humidu ideo senes sunt frigidu et siccii. et iuvenes humidu. Patet etiam qd eadem sunt causa vniuersales longe vite et breuitatis vite in omnibus. licet non sint eadem cause speciales. Et similiter patet qd sunt eadem cause vniuersales longe vite et sanitatis et breuis vite et egritudinis seu languoris.

De Longitudine et breuitate vite.

Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur q̄ calidum et humidum in trinsecā non sunt cause putrefactionis sed ex trinsecā. Ad confirmationem dicitur q̄ calidum bene proportionatum humido non consumit ipsum nisi sit parvum. sed consumit quando est improportionatum. Alia ratio soluta est ex dictis et cetera.

Sequitur intertextu. Eadem autem in calidis locis longioris vite sunt q̄ in frigidis locis.

Queritur secundo. Utrum

Eadē animalia sint longioris vite in locis calidis q̄ in locis frigidis. Arguitur q̄ non quia animal ad sui conseruationē indiget respiratione. sed aīalia minus restringerent ab aere in locis calidis q̄ in locis frigidis. ergo sunt brevioris vite in calidis locis q̄ in frigidis. 2° arguitur calidū extrinsecum consumit humidū intrinsecum et consequenter calidū intrinsecum sed calidū et humidū intrinsecā sunt causa longioris vite. ergo aīalia non sunt longioris vite in locis calidis. 3° arguitur calidum intrinsecum fortificatur a frigido extrinseco per antiparistis et consumitur a calido extrinseco. ideo putrefactio et corruptio magis fiunt in locis calidis q̄ frigidis. ergo eadē aīalia sunt longioris vite in locis calidis q̄ frigidis. In oppecto philosophis in tertiu.

Pro responsione.

Sciendum est primo. q̄ post

q̄ philosophus determinauit de causis intrinsecis longioris vite q̄ sunt calidū et humidū bñ propriationata. sed determinat de causis extrinsecis loce vite sicut est locus.

Pro quo.

Sciendum est secundo q̄ ali

quem locum esse calidum aut frigidum intelligi potest dupliciter. Uno excessiue. et alio modo temperate sicut ver est tempus calidum temperate et as excessiue. et similiter dicitur de hyeme et autūno respectu frigiditatis et ita dicendum est de locis sicut dictum est de temporibus

Sit igitur.

Conclusio prima. Eadem

animalia secundum speciem sunt longioris vite in locis frigidis temperate q̄ in locis calidis excessiue. patet per rationes ante oppositum. quod calidum extrinsecum excellens consumit humidum intrinsecum et consequenti calidum intrinsecum quod est in humido tanquam in sub-

iecto. et frigidum extrinsecum temperatum per antiparistis fortificat calidum intrinsecum.

Conclusio secunda et respon

sua ad quesitum. Eadem animalia secundum speciem et individuum sunt longioris vite in locis calidis ipate q̄ in frigidis integrare. propria quia calidum extrinsecum temperatum conservat et confortat calidum intrinsecum. et frigidum extrinsecum excellens extinguit calidum intrinsecum et congelat humidum intrinsecum in quibus consistit vita. ergo eadem animalia sunt longioris vite in locis calidis temperate q̄ in locis frigidis intemperate. et propterea eadem animalia sunt maiora in locis calidis temperate q̄ in locis frigidis. quia calidum extrinsecum extendit humidum. frigidum autem constringit et impedit augmentum. et ista de causa quedam animalia frigida sanguinem habentia sunt maiora et longioris vite in locis calidis q̄ in locis frigidissime habitent in mari sine in terra aut supra terram. sicut serpentes talpa et vespidiones sunt valde magne et supra modum sue nature et longioris vite in locis calidis. q̄ in locis frigidis. Et similiter quidam pisces sunt in mari tubro quod est calidum qui non possunt vivere in mari septentrionali propter eius frigiditatē. et causa huic est quia talia animalia sunt debilitatis caloris et multum habundant in humido ideo calor eorum fortificatur per calidum extrinsecum et humidum extenditur et augetur quod faciliter congelaretur in locis frigidis propter debilitatem sui caloris ideo animalia que sunt exanguia aut pauci sanguinis non generantur in locis septentrionalibus et frigidis. aut si gerentur minora sunt et brevioris vite q̄ in locis calidis. Unde dicit philosophus q̄ animalia aquatica sunt brevioris vite gressilibus. non quia humida sunt simpliciter. sed quia aquosa sunt per hoc dans intelligere quod humidum faciliter congelabile est aquosum. Sed animalia habentia multum de sanguine et multum calida sunt longioris vite in locis septentrionalibus q̄ in australibus. Et inde etiam ratio patet eiusdem quos ob res Valene maiores sunt versus septentrionales q̄ versus austrum.

Ratio namque evidens est ex supra declaratis.

Ex dictis infert philosophus q̄ masculi ut in pluribus sunt longioris vite q̄ femelle quia sunt calidiores femellis et femelle sunt magis humide in masculis humido scilicet aqueo quod faciliter congelatur a frigido. Et inde est etiam q̄ masculi habent superiora maiora in pluribus. et quod omnis ē in femellis quod calidū monet



De iuuentute et Senectute.

humidū sursuz: frigidū vero deorsuz.

Dubitatur primo. Quare aialia diu abstinentia ab alimento sunt breuiorē vite & aialia que frequenter comedunt. Rū detur & causa ē qz calor naturalis deficiētē būrido nutrimentali agit in būridū naturale ī quo est ipsuz psumēdo. & ideo seipsuz destruit ppter quod destruitur vita q in calido & humido consistit. Unde aialia diu abstinentia ab alimento sunt debiliors caloris nō cito digerentes alimētuꝝ & habundat in humidū grossio & viscoꝝ propter debilitatez caloris. & ideo talia indigēt abstinere diu ab alimento ut illud humidū grossū & viscosuꝝ habundās digeras per diuturnitatē temporū. alias illud humidū grossuꝝ & frigiduꝝ extingueret calorē. & ideo talia multuꝝ dominis. Et similiter melācolici qui etiā frigidū sunt continuis abstinet ab alimento & colentī qui sunt calidi. Et etiā melācolici sunt voraciores colericis ppter frigiditatem que est causa voracitatis. Et eadē rōe mulieres pl̄o abstinet ab alimento & viri. Ideo etiaz aialia sine sanguine sunt breuioris vite vt in plurimuz & habentia sanguineꝝ ppter debilitatē nisi recōpensetur humidū pingui & dulci. Propter quod apes sunt longioris vite quibulda aialibꝝ sanguineꝝ habentibꝝ eo scilicet & habet humidū pingue & dulce quod ē signum caloris.

Dubitatur secundo: Quare plante vt i plurimū sunt longioris vite & quedā aialia. Causa est qz plante sunt sicciores & grossiores & quedā animalia ideo humidū aialū quod est subtile. Alia causa est quia plante cōtinue renouant gerēdo & producendo nouas partes quod nō est in aialibus. Luius ratio est qz in qualibet parte plante ē virtus generatiua. & nō in qualibet parte aialis.

Rationes facte ante oppositum faciliter solvuntur ex dictis. Et hec de questione & per consequens de toto libro de longitudine & breuitate vite.



Tabula singularum questionum ac dubiorum circa eas occurrentium in hoc libro de terminatu*m* feliciter incipit.

Questiones primi phīcorū

- Utrum de rebus naturalibus sit scia. qo.1.
- Utrum corpus mobile sit subiectum totius naturalis philosophie. 2.
- Utrum per divisionem corporis mobilis seu entis mobilis convenienter assignetur numerus et ordo seu disiunctionis librorū naturalis phīe. 3.
- Utrum ex cognitione causarū et principiorū et elementorū contingat intelligere et scire principia causa et elementata. 4.
- Utrix viuēsalia sint nob̄ noxiora singularib⁹. 5.
- Utrū phīs naturalis habeat disputare contra negantes sua principia. 6.
- Utrum sit vnum ens et immobile. 7.
- Dubitatur.1° de motu aliquorū phīs post motorum circa hoc. 8.
- Dubitatur.2° vtrum totum et pars sint vnum actu vel plura. 9.
- Utrum sola substantia existente ipsa sit per se diuisibilis. 10.
- Dubitatur vtrum & quitas distinguatur realiter a re quanta. 11.
- Utrum quodlibet sit in quolibet. 12.
- Utrū principia rerū naturaliū sint & traria. 13.
- Utrix principia cuiusl^z rei naturalis sint infinita. 14.
- Utrum cuiusl^z rei naturalis sint tria principia scilicet. materia. forma. et priuatio. 15.
- Utrum materia generabilis et corruptibilis possit esse priuationi non admixta. 16.
- Dubitatur 1° vtrū materia prima per intellectū accepta ante oīuz formā sit in fine simplicitatis. 17.
- Dubitatur.2° vtrū materia prima a deo seu a prima cā processerit per creationem. 18.
- Utrum corporeorum et incorporeorū materia sit una. 19.
- Utrū materia et priuatio sint vnu spē. 20.
- Utrum materia appetat formam. 21.
- Dubitatur vtrum materia appetat formam ratione priuationis. 22.
- Utrum materia prima sit ingenerabilis et in corruptibilis. 23.
- Utrum forma substantialis ante generationem rei cuius est forma sit in materia secundum esse formale formabile. 24.
- Utrum in materia omnium generabilis et corruptibilis ante oīem formā substantialē pōnēde sunt dimensiones interminate ipsi materie prime coeterae. 25.

Questioēs secundi phīcorū

- Utrum diffinitio nature sit sufficiens et bene as signata. questio.1.
- Dubitatur.1° quomō differunt habēs naturā et ens secundum naturam. 2.
- Dubitatur.2° an naturā esse sit demonstrabile. 3.
- Utrū forma sit magis nata & materna. 4.
- Utrum phīca differt a mathematica. 5.
- Utrum phīcus habeat considerare materiā et formam. 6.
- Utrum ad phīsicū pertineat considerare quatuor causas. 7.
- Dubitatur.1° quare phīs magis pbat de fine & sit causa & de aliis causis. 8.
- Dubitatur.2° vtrū verū sit & partes diffinitio nis reducantur ad genus cause formalis. 9.
- Dubitatur.3° vtrum premisse sunt materia conclusionis. 10.
- Dubitatur.4° vtrū semen reducatur ad genus cause efficientis. 11.
- Utrum finis sit causa causarū. 12.
- Utrum agentia naturalia solum preparent materia et primum efficiens eam substantialiter perficiat. 13.
- Dubitatur.1° de modis causarū quot sunt et qui reperiri possunt in qualibet specie cause non variando speciem cause. 14.
- Dubitatur.2° de proprietatibus & cōstib⁹ causarū. 15.
- Utrum aliquid possit esse vel fieri a casu vel a fortuna. 16.
- Utrū casus et fortuna reperiuntur in contingēti ad vtrumlibet. 17.
- Utrum casus et fortuna cōtingant in his que fiunt propter finem. 18.
- Utrum fatum sit in rebus creatis imponēs eis necessitatem. 19.
- Dubitatur quare contingentia rerum potest stare cum infallibilitate diuine prouidentie. 20.
- Utrum casus et fortuna differant. 21.
- Utrū phīc⁹ habeat p & cā demōstrare. 22.
- Utrū nata agēs ppter finē intēdat mōstrū. 23.
- Utrum necessitas in rebus naturalibus oriatur ex parte materie vel finis. 24.
- Dubitatur. vtrū finis secundū & est cā sit, eodē modo principiū sicut principiū in de mōstratis. 25.

Questiones tertii phīcorū

- Utrum ignorato motu necesse sit ignorare mās ~~temporū~~. qo.1.
- Utrum motus sit. 2.
